IO. BAPTISTAE
GARGIAREI
I. C. BONONIENSIS.


Collegiati, Equitis aurati, & Comitis Palatini,

SERENISSIMI DVCIS PARMÆ

Gratiæ, & Iuſtitiæ Conſiliarij;

TRACTATVS DE AQVIS;

Cum Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo.





PLACENTIAE

Apud Ioannem Bazachium Impreſſorem Cameralem.

SVPERIORVM PERMISSV. MDCL.



Eminentiſs. ac Reuerendiſs. S. R. E. Card.

I O. C A R O L O
MEDICEO HETRVRIÆ
PRINCIPI SERENISSIMO.

Libarem tibi libentius nectara, quam lymphas Eminentiſsime Princeps. Vndantes latices Numinis adminiſtrare labris, Pincernæ labes, & lapſus Capitalis eſt. Iouis à tectis, nedum à Tyctis ipſum abire troicum Ephebum non abſque, Iunonis cachinnis, hæc cogeret inurbanitatis notiſſima nota. Sed quoniam exulare diù à paterno Maris amplexu à mare egreſſa flumina ęgè patiuntur; Infrenibus vndis debile vallum oppoſuit hic timor; Quæ tandem lacerato aggere, fractis anfractis anhelitu quodam obſtrepente ad rubrum tuæ purpuræ Mare, repagula non tam raptantes, quam raptæ tui litoris, & lateris roſea amœnitate decurrunt. Suos Sales ab hoc Sale haurient, ac lepores; Et quando toties in Sale purpureus Sol occumbit, reperient ſuos, & in hoc Sale Soles. Patere Eminentiſsime Princeps tuo in pelago has diteſcere, & niteſcere vndas, ſuaſque lucrari diuitias, ac lucem tuis à gemmis; Vt ſi aliquando receſſerint, litora omnia obſtupeant tuis à litoribus tot diuites margaritis, quot guttis, tot ſideribus quot arenis nitentes receſſiſſe. Indica, non Indica tantum æquora humentes gemmarum oculis aperire officinas; Sed poſſe maiori ſtupore gemmatas nundinas peregrinis fluctibus aperire Tyrrhena. Ad mare cum fluant immenſum tuis gurgitibus non daturæ, ſed ſuis acquiſituræ fluctibus incrementum

† 2 feli-

festinant. Tàm lætæ quàm tutæ labuntur tuum in æquor, nec vndosæ palestræ Tyrunculæ Notorum scuticas perhorrescunt; Presertim cum in hoc Mare sit mirum, nunquam ventis turgescere vndas, numquam vndis madescere ventos; Vt demirari minimè possim cum Ægyptijs, Nilum Nidum ventorum fuisse nunquam; Quando tui tridentis sceptrique imperio perterefacti Euri tuis ab oris vt fugiant, solicitas dant pedibus alas. Altum vt sit ac modestissimè tumidum ventorum ope non indiget Æquor, quòd vnius Virtutis Aura placidissimè intumescens; Nautis non minatur naufragium, sed omnibus spondet sui sinus felicitatem. Fluctus si aliquando feruntur ad litus, nón vento, sed spiritu rapiuntur; Et elati cum se deprimunt ingenui procumbentes in genua non sine aliquo religionis sensu tuàm Oram, Aram veluti purpurantis Neptuni venerantur. Mea recordor, paterna nundum obliuiscor beneficia Eminentissime Princeps, quæ non aliter quàm flumina à tua, tuæq. Aulæ æquorea munificentia manarunt. Sed præceps consilium est, velle angustis philyræ spatijs in Epilogum cogere immensum Oceanum. Ad metas perueni, quas præterire non auderet, non dicam Columbus; Ast ne quidem omnium volucrum alis munita Columba.. Meæ si minus tibi gratæ sunt lymphæ; illas si effuderis; & mihi, & telluri gratissimum facies. Mihi, quòd tuis à manibus effusæ, alienis vel poterunt esse pretiosę: Telluri, quòd tuis à palmis in tanto terrarum omnium ęstu extremè sitienti hac vndarum effusione aquosum sibi subsidium sentiet defluxisse. Vale æternum, æternum purpurei Senatus Decus. Cal. Iunij Anno MDCL.

A u

AD ILLVSTRISSIMVM D. D.

IO. BAPTISTAM
GARGIAREVM

Serenifs. Placentiæ, & Parmæ Ducis Consiliarium.

SVAS AQVAS

Aestiuis caloribus in lucem edentem.

ELOGIVM.

Serenissima in Aula à Consilijs cum sis,
Vnus vt omnibus consuleres,
Planum, & plenum humanæ pietatis cepisti consilium:
Illustrissime Gargiaree.
Extremum in fatum nos propè, & properè calor vrgebat extremus
Nisi madentibus vndis insigne subsidium tuæ lymphæ dedissent.
In tanta rerum omnium siccitate,
Vnum hoc miror dignissime Vir admirationis,
Spumanti adhuc humore tuum turgescere atramentarium,
Paginarum præsertim in sinum;
Tot cum gurgites attamenti effuderis;
Vt sine controuersia fateri par sit,
Tuo effusum à calamo nigrum veluti mare vndasse tuis in Syngraphis.
Mentiri (credo) mihi quis posset,
Nigrum cum dixerim Mare;
Erithræum nisi Pelagus albis vnionibus locupletare nigrum litus doceret Historia:
Tuis ab aquis nulla mens sine margaritis abibit.
Oculus dum interim lustrabit non tam elatus quam latus.
Cæli omnia sidera huius in Aequoris alueo enitescere,
Nullumque nitidius speculum referre astra quam tuum hoc Mare.
Non erit imposterum, quòd Veneris ortum inuideat Placentia Cytheræ,
Quando Gargiarei à Lymphis non absque Poesis detrimento
Ipsam Palladem, non Venerem demirabitur surrexisse.
Sed esto; mendacium hoc sanè videri potuerit,
Si cum omnium in te amor litteratorum facile exoriatur ab his vndis,
Fateri nollem, ipsam & Venerem tuis exoriri gurgitibus.
Suis ingenia freta commentis, & mentis erroribus egregijs.
(Vt) icantur erupisse freta lacrymantis Saturni pupillis,
Sed Oceanum potuisse ocellum lacrymari,
Mendax veritas, & infidelis est fides.
Tuis verè à sudoribus obstupescet posteritas Maria erupisse.
Tibi sit quamuis amenissimum sudare, sedare quoties contigit vndantes tumultus.
Sed iam tandem parce Illustrissime Vir.
Mihi prope tuas Lymphas vaganti imminet infortunium;
Delitioso periculo cogit abire viuendi necessitas;
Namque si olim Narcissum in fontem decora rapuit imago;
Me tuas in vndas (quando mea rapi deformitate non possum)
Tanta raperet aquarum amenitas.

Ioseph Daganus
Aeterni obsequij argumentum.

Illu-

Illustrissimi, atque Excellentissimi Viri

IOANNIS BAPTISTÆ GARGIAREI

BONONIENSIS IVRISCONSVLTI

SAPIENTISS. EX SVPREMO CONSILIO

Serenissimi Principis Raynutij Farnesij Parmæ, Placentiæ, ac Castri Ducis Encomium

Ex XI. Soteriorum Libro

P. Laurentij Longi Parmensis Doctoris, Theologi Congreg. Somasch.

SVblimis quantum Montes se GARGARVS inter
 Effert, & diues frugibus astra petit,
Iurisconsultos tantum Doctissimus omnes
 GARGIAREVS superat, Consilióque patres.
Paruus eo Rhenus magno lætatur alumno;
 Et ciuem celebrat Felsina clara suum;
Quem celebres inter pandentem iura Magistros
 Audiuit, coluitque inclyta Parma virum.
Hunc modo sidereæ dominata Placentia Libræ
 Astreæ lances gaudet habere pares.
Consilijsque Ducis Parmensis adesse supremis
 Æqua Placentino reddere iura foro.
Dux Virtus, Fortunæ Comes, Charitesque sodales
 Eneexere fuum Suada, Themisque Decus.
Hic niueis merito subuectus ad æthera pennis
 Mnemosynes celsum constitit ante thronum.
Quæ caput huic cinxit Daphneæ fronde coronæ
 Ingenio memori scireque cuncta dedit.
Insignis morum Pietas, Sapientia summa
 Dexteritasque ingens cum Pietate Fides,
Heroi Herculeis potuit vincire cathenis
 LILIGERVM nedum Consiliare Ducem.
Qui belli, & Pacis rebus præfecit eundem,
 Armarunt leges arma dedere Decus.
Legibus armatur Princeps, decoratur, & armis,
 Et tales secum gaudet habere viros.
Hunc nouus Æneas fidum delegit Achatem,
 Arcanis causis præposuitque suis.
Diuitijs pariter, summis, & honoribus auxit
 Cumque magistratu iura suprema dedit.
Hunc mage quam Paridem certantes munere Diuæ
 Ornarunt merito Iuno, Minerua, Venus.
Huic donauit opes Farnesia Iuno, Venusque
 Nobile coniugium Pallas, & ingenium.
Melque è liligeræ Iunonis floribus hausit,
 Cuius melle fluit dulcius ore melos.
Ingenium sublime viri testantur abundæ
 Edita iam multis scripta voluminibus.
Ius quibus omne sacrum Ciuileque digerit amplè
 Quæque Sacri Myste, quæ docuere Sophi.
De varijs, quod scripsit aquis, opus omnia vincit,
 Vnum pro cunctis fama loquatur opus.
Hoc Mare concelebret, Fontes, Fluuijsque, Lacusque
 Stágna, Palus, & aquæ quæ super astra fluunt.
Huc properate sitim supitis quicunque leuare
 Ecce salutares qui dat amicus aquas.

Quæ

Quæ mentis ſedare ſitim ſapientiæ amantis
Poſſunt, & ſupero nectare corda beant.
Iam ceſſent elementa ſimul cõtendere, primus
Cui nam præ reliquis debeat eſſe locus.
GARGIAREVS ſiquidem litem de more diremit,
Solus aquæ priſcum reſtituitque Decus.
Quale Deus conceſſit aquis ab origine Mundi
Quando ferebatur Spiritus haſce ſuper.
Spiritus hic Domini totum dum conderet Orbem
Prolificas ſuper has nempè tubabat aquas,
Et rerum fœtus medijs eduxit ab vndis
Qui genus humanum mox reparauit aquis.
Vox ab aquis diſtinxit aquas, quæ cuncta creauit,
Contegat vt cælos, & viget humor humum.
His quoque GARGIAREI medirans mens numinis inſtar
Incubat ingenij pignora mira creat.
Ipſe fluenta vetat miſceri ſacra profanis
Eloquioque vndas fert ſuper aſtra ſuo.
Firmamenta facit, medioque reponit aquarum
Hi ſunt, quos mira condidit arte, libra.
Clara quibus quot dicta micant, tot ſidera fulgent.
Sic cælum liber eſt; author & ipſe Deus.
Dij terris dicuntur ij, qui iura miniſtrant
Qui præſunt alijs, iudiciumque ferunt.
Talia præſtantem diuina mente, manuque,
Hunc homines inter dixeris eſſe Deum.
GRRGIAREVM Latio ſi ſæcula priſca tuliſſet
Ceſſiſſet Conſus Thurea dona viro.

ILLVSTRISS.MO D. IO. BAPTISTÆ
G A R G E R I O

Doctori præſtantiſſimo, natalium patri æquè ſplendore conſpicuo, ampliſſimis tum in patria, tum apud Sereniſſimum Parmæ Ducem, tum Placentiæ muneribus, & dignitatibus condecorato, poſtquam de Iure multa edidit in lucem opera, dicendi grauitate, & interpretatione candidiſſima, tandem de Aquis Librum Inſcribenti.

C A R O L V S B E C C A R I A D.D.F.

O D E.

QVæ me ſub auras vis ſolito magis
Raptas volantem, vt pectine eburneo
Iam geſta Gargeri canenda
Pindaricis fidibus; repente?
Sic magna paruo carmine perſequar
Dum nec labores paſſibus aut pari
Sequar ſuperbos, ſiue plectro
Siue tuba grauiore dicam?
Felſina ſummum quem Latij decus
Inſtar verendi numinis aſpicit,
Quem nouit orbis pene totus
Grande iubar, columenque Iuris.
Dudunque tanti nobilitas viri
Nota eſt vel his, qui danubium bibunt,
Miratur illam qui ſub Arcto
Rex gelida dominatur ora.
Sit quantus in hoc fors ſapientiæ,
Ex cuius ore depluit aureum
Flumen, vel audis hunc ſolutum,
Vel numeris reſonare certis.
Hunc clara Virtus tollit in aethera;
Hunc Parma, tum Placentia honoribus
Ornauit, ac ampliſſimorum.
In procerum numero locauit.
Sed quis per æquor me fragili rate
Raptat proteruum? prętercam Ducum,
Regumque ſummos, Principumque
Quos habuit facile fauores.
Gargeri Aquarum iam veniat tuum
In lucem Opus; nam gloria pręuia eſt.
Te Seres, ac Afri, & Britanni
Suſpiciunt, memorant, & Indi.

DE

DE EODEM

Edente opus de Aquis
Ioannes Baptista Gargerius.

ANAGRAMMA.

SIN' PRETIOSA AVRI GANGES DAT.

EPIGRAMMA.

NAuta peregrino quid cærula littore verrit
Bella gerente Salo, bella ciente Noto.
Myrtoi vt rutilas conchis populetur arenas,
Vtque hominum in digitis plurima gemma micet?
SIN GANGES PRETIOSA AVRI Gargerius Orbi
Pondera DAT: faciles nauita quærat opes.

DE EODEM

Ioannes Baptista Gargerius.

ANAGRAMMA.

CVRRET GIGAS, AT SAPIENS BONA.

EPIGRAMMA.

SÆcla giganteo sileant celeberrima regno
Nostra nouo fiunt nobiliora viro
CVRRET namque GIGAS iam cursibus ocyus aura
Gargereus, terris impiger vrget aquas.
AT BONA sic SAPIENS nihil hinc, nihil inde timebit,
Ingenio eludit tempora, victor eat.

APPROBATIO.

R*Euerendiss. Patris, S. Theologiæ Magistri Consalui Gritij Ordinis Prædicatorum, Placentiæ Inquisitoris iussu eruditissimum Opus de Aquis, Auctore Io. Baptista Gargiareo Patritio Bononiensi, I. V. D. & Professore Excellentiss. tam Bononiæ, quam Placentiæ Collegiato, atque Sereniss. Ducis nostri Gratiæ, & Iustitiæ Consiliario, Generis, & Ingenij, Doctrinarum, Dignitatumque Splendoribus vndique Illustrissimo, mira cum animi iucunditate perlegi; quemadmodum vero nihil in eo, quod rectæ Fidei, vel probis moribus aduersetur, inueni; ita Summam Simul Eruditionem, ac præstantissimam Sapientiam latere persensi, ideoque publica, æternaque luce dignissimum censui.*

Placentiæ Kal. Iunij 1650.

Petrus Franciscus Passerinus Philosophiæ, I. V. & S. Theol. D. Collegiatus, & SS. Inquisit. Consultor.

Imprimat.

Fr. Consaluus Gritius Inquisit. Plac.
Io. Baptista Calix Vic. Gen.
V. Faber Præses Magist.

GARGIAREVS
DE AQVIS.

De Aquarum excellentia, necessitate, ac vtilitate.

Cap. I.

1 DEVS omnipotens † Aquas
creauit ad omnium vtilitatem,
tanquam bonus pater, & do-
2 minus, vnde *Dauid. Psal.* 88.
tui sunt † cœli, tua est terra,
orbem terræ, & plenitudinem
eius tu fundasti; aquilonem, &
3 mare tu creasti; hoc † dictum
illos hæreticos confundit, qui dicunt aquam ipsi Deo
4 fuisse coæternam; omnia † enim Deus creauit; Et
licet ipsi fundentur in eo, quòd Moyses nullum ver-
bum dixerit in libro Genesis, de Aquarum creatio-
ne, sed tantum, quòd spiritus Domini ferrebatur su-
per aquas: attamen, si benè isti perfidi ponderabunt
verba Genesis, hanc capient veritatem; dicitur enim,
in principio creauit Deus cœlum, & terram; at terræ
appellatione quid venit, quid cõprehenditur? ò stul-
ti, & maligni hæretici, qui sophisticis inuentionibus,
& cauillationibus, occultare veram doctrinam stu-
dent.
5 Terræ † igitur appellatione, dicit ad propositum
huius quæstionis, *Alph. à Castr. in suo tract. aduer.
hæres. lib.* 2. *de aqua fol. mihi* 40. veniunt omnia cor-
6 porea, quæ sub cœlo sunt: at aqua † est quid corpo-
reum, ergo, &c. & qui sustinent contrariam intelli-
gentiam, falsa est eorum sententia, vt definit *Symbo-
lum Concilij A Niceni, & Symbolum Concilij Constanti-
nopolitani*, immò, & *Concilium Lateranense*: fatentur
7 enim, Deum † esse creatorem omnium visibilium, &
inuisibilium; & *Dauid etiam in Psal.* 154. apertè hoc
demonstrat, omnia quæcumq; voluit Dominus fecit
in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, &
nos quotidiè hanc confitemur veritatem: dum dici-
mus, Credo in Deum Patrem omnipotentem creato-
rem cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium.
8 Vndè in principio emanarunt quatuor † flumina
à terrestri Paradiso, & solo verbo Dei ex multitudi-
ne aquarum intra terræ latebras collecta, à tertia die
creationis manarunt plurimi fontes, & amnes diuer-
sis in locis, pro cuiusque loci exigentia, de qua distri-
butione sapiens loquitur in *prouerb.* 8. quando æthe-
ra firmabat sursum, & librabat fontes aquarũ. Quasi
9 quòd terra † tanquam magis densa, & grauis (vt di-
cit, *Cason. in sua mag. amor. cap.* 3. *dial.* 1.) vt centrum
posita in mundiali machina teneret in sinu suo aquã
10 munificam amantem: Et ipsa † è contra non ingra-
ta, se dilataret in terræ superficie, cũ tot maribus, fon
tibus, & fluminibus; Vnde terræ, & aquæ totaliter
coniunctio facta fuit, quòd intra viscera terræ inter-
11 na, aqua hospitaretur, & aer † ipse recipiens vapores
tanquã amicus carissimus, temperando siccitatem,
pluuiam transmittens, quodãmodo terram calore, &
siccitate aridam aleret, & eius plantas insolatas de
morte ad vitam reuocaret.
12 O aqua mirabilis, quæ † nõ obstante, quòd sit tàm
impetuosa, quòd ruat, exterminet, demergat, depri-
mat, & suffocet, ex benignitate tamen omnipotentis
creatoris nutrix efficitur viuentium animalium, tàm
rationalium, quàm irrationalium, quæ ab ea lac præ-
bent (vt dicit, *Mazarin. Dauid. Cad. disc.* 59.) & re-
13 creantur. Omniq. † in tempore, ea vtimur in omni-
bus cibis, & alijs necessitatibus; Eam si volumus
scandere, & ad abyssa præcipitare, properare, clau-
dicare, circumeare, sistere, & considere, nostro arbi-
trio facimus.
14 Nec amplius † post aquæ creationem terra potuit
dici inanis, & vacua; & fortius, si consideremus, quòd
spiritus Domini ferrebatur super aquas gratiæ Ba-
15 ptismalis, quæ † implet vacuitatem, *Vital. Card. in suo
Specul. Moral. de Baptismo fol. mihi* 35. *lit. H.*
16 Has † aquas Deus congregauit in vnum locum
quapropter dubitari potest, quomodo ergo ipsæ sem
per visæ fuerunt in diuersis, & separatis locis discurre-
re, & decurrere, vt dicebamus; diuersa enim enu-
merari possent maria, diuersiquè lacus, & flumina,
immò, vt dicemus, in aliquibus locis, aqua non inue-
nitur, nec reperitur.
Est facilis resolutio quæstionis, nam sciendum est,
vt dicit, *Bellarmin. ad Psalm. Dauid.* 103. *vers.* 7. *cum
17 seqq.* quòd ab initio creationis terræ † ipsa vndiquè
erat cincta aquis, quasi vestibus, ideo Dominus ipsas
congregauit, & conclusit in locis terræ humilioribus,
non est ideò repugnantia, si diffundantur in diuersis
18 locis terræ pro necessitate hominum, quia † termi-
nos suos non egrediuntur; intra quos fuerunt intro-
clusæ, & vnitæ.
19 Et si Deus creator † illas in vnum locum, idest in
humiliores terræ partes, non congregasset, adhuc ipsæ
essent super vniuersam terram, immò super montes;
vt in *Genesi* 1. hæc veritas ostenditur, ibi, Tenebræ
erant super faciem abyssi, & tunc super montes sta-
bant aquæ; vnde *Dauid. Psal.* 103. terminum posuisti

eis, quem non transgredientur, nec conuertentur
operire terram.

Et fieri potuit, vt terra subsidens concauas partes
præberet, vbi fluctuantes aquas reciperet; & sunt flu-
mina, & maria, dicit, *Petr. Lombard. 2. sent. lib. dist. 14.*
lit. E.

Quæ maria, & flumina congregantur, & iungun-
tur in vnum mare magnum, & dictum illud optimè
verificatur, nempè, aquas congregatas fuisse in vnum
locum; quapropter, *ex Dauid. & Iob.* dicitur, qui
conclusit aquas, quasi in vestimento, qui fecit ventis
pondus, & aquas apendit in mensura congregans,
sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abys-
sos.

20 Præterea alia insurgit difficultas; quomodo enim †
ab initio stabant aquæ super montes, nisi quod for-
san essent ita altissimæ, quòd cooperirent etiā ipsos
montes?

Bellarmin. supra allegatus, benè dissoluit difficul-
tatem, nempè, quòd ab initio ipsius creationis terræ,
aquæ non erant ità perfectæ, sed condensatæ, erant
enim aquei vapores, seu nebula altissima, quæ etiam
ipsos cooperiebat montes, qui pro hoc significatu,
ponit illud, *sapientiæ cap. 24.* ego sicut nebula texi
omnem terram.

Aliud etiam tollitur dubium, an scilicet terra
21 † fuerit discooperta Dei virtute, vel naturaliter,
nam si Deus congregauit ipsas aquas in vnum locū;
ergo, & benè, Dei virtute, non naturaliter aqua fuit
discooperta, vndè sapientia ipsa clamat, vt dicit,
Titelm. natural. phil. lib. 7. cap. 4. de situ elem. aq. &
ter. discoop. sub vers. verum fol. mihi 100. quando cir-
cumdabat mari terminum suum, quando legem po-
nebat aquis, ne transirent fines suos, ego aderam, cū
eo cuncta componens.

22 Non mirū igitur, si † Turbæ admirabātur, eo quod
aquæ obedirent ei, quia erat earū Dominus, & crea-
tor; Qualis est hic (*Luc. 8.*) quia venti, & mare obe-
diunt ei? cur non dixerunt (ait *Mazar. d. disc. 59.*)
turbæ, quòd terra, ignis, & cœlum erant Deo obediē-
tes? certè optimè dixerunt nam inter alia Dei admi-
23 rabilia, hoc est admirandum, quòd † nempè aquæ
stent in aere generatæ, vel simul conglobatæ, & in
vnum locum continatæ, non excedentes metam sibi
designatam, videbant ipsi, quòd aquæ ipsæ non
egrediebantur, nec diffundebantur per orbem illum
demergentes, & suffocantes, sed quasi depressæ sta-
bāt intra terminos suos, immò dei iussu inseruierunt
24 tanquam muri Ægiptijs, qui † per medium maris
transierunt siccopede, assistentes tanquam ædificia
lateralia durissimis marmoribus constructa;

25 Suo ergo † arbitrio de aquis Deus disponit; nam
licet liquidè, illas in durissimos lapides conuertit; ali-
quandò cataractæ cœli apertæ sunt; vnde diluuia
exciderunt aquarum, totam cooperientes terram, &
aliquādo cataractæ ipsæ clausæ sunt; vndè solemus
dicere, tunc Cœlum Aeneum esse.

Rapidæ, & præcipitosæ vndæ ad litus maris per-
uentæ, cursu velocissimo, circumquaque diffusæ ad
instar fulminis ruentes, quasi quòd ostendant velle
totum orbem submergere, pacificè tamen in ipso in-
stanti consistunt, & à suo velocissimo cursu, & impe-
26 tu desistunt. Vndè optimè Dauid cecinit, † vox Do-
mini super aquas, loquitur enim Deus, & illæ statim
27 obediunt. Solum homo † inobediens est, hominem,
dico, qui potius Dæmonem inimicum sequitur, quā
28 suum creatorem, cuius iter, † & vestigia suania sunt,
29 & lenia; Luciferi autem † laboriosa, spinosa, tene-
brosa, obscura, aspera, inordinata, cauernosa, terribi-
30 lia, horrida, & fetētia sunt; & cū euidēti † salutis peri-
culo itinerantium, non enim sine honoris, diuitia-
rum, sanitatis, bonorum, animæ, ac vitæ amissione,
monita, & decreta Dæmonis à miseris eius sequaci-
bus seruantur, & executioni mittuntur.

31 Non alia quidem placita † promulgantur in val-
lis æternæ damnationis à Diabolo, nisi rapinarum,
furtorum, adulteriorum, fornicationum, & volupta-
tum carnalium, superbiæ, discordiæ, auaritiæ, iræ,
gulæ, accidiæ, falsitatis, inobedientiæ, blasphemiæ,
homicidiorum, ingratitudinis, maledictionis, crude-
litatis, vindictæ, inimicitiæ, persecutionis, deuastatio-
nis, ruinarum, incendiorum, infortuniorum, oppres-
sionis viduarum, pupillorum, & pauperum, hæresis,
infidelitatis, inspetatæ salutis, falsæ doctrinæ, & simi-
lium.

O homo forsan Deus te inferiorem creauit alijs
rebus creatis? hoc dicere, & affirmare esset menda-
32 cium; Nam ille misericors, & † Clemens Dominus,
cuius bonitatis infinitus est numerus, volens homi-
33 nem à se creatum illustrare, eum minuit † paulomi-
nus ab Angelis, gloria, & honore coronauit, & eum
constituit super opera manuum suarum, omnia su-
biecit sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas in su-
per, & pecora campi, volucres cœli, & pisces maris,
vnde *Dauid. in Psal.* 8. post hæc ad Deum conuersus
dixit, Domine Dominus noster, quam admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra.

34 O maxima hominis dignitas, qui creatus † est ad
imaginem, & similitudinem Altissimi; faciamus ho
minem ad imaginem, & similitudinem nostram;
vndè si Deus de luto hominem non fecisset, videns
ipse, quòd creatus esset ad Creatoris imaginem, su-
perbire cœpisset, hoc ideò fecit Deus (vt dicit *P. Aloy-*
sius Albriccius contion. 22. num. 20.) vt homo non
metalli pretiositatem attenderet, sed gloriam Arti-
35 fici daret; filij † Dei sumus, si non naturales, saltem
adoptiui: filij Dei dicetur vobis: filij Dei vocabuntur;
dedit eis potestatem filios Dei fieri, vt filij Dei no-
minemur, & simus, conformes fieri imagini filij eius;
cum apparuerit similes ei erimus, vt sit ipse primo-
genitus in multis fratribus, & tandem; homo homini
Deus.

Dedit creator Deus hominibus in Mundi creatio-
36 ne dominium super alijs animalibus; dicens eis †,
dominiamini piscib[us] maris, volatilibus Cœli, & bestijs
terræ, quarum bestiarum nomine, videntur contine-
37 ri Dæmones, quos esse † sub nostræ potestatis impe-
rio scripsit, *Innoc. Cibò super illo vers. Psalm. Dixi con-*
fitebor aduersum me, &c. fol. 263. Nam si volumus,
38 eos semper depressos tenere possumus; † Non sic
impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit
ventus à facie terræ, ad differentiā iustorum, qui Dia-
bolo resistunt, mundani autem, & impij sunt tanquā
puluis à vento, idest Diabolo agitati, & vincuntur ab
impetu

impetu Diaboli, qui eos vbi vult ducit, & ſecum
trahit.
Quæ Dei imago (dicit Theodoretus) recognoſci-
tur in ipſo imperio eidem à Creatore tradito, domi-
namini, dominamini, non ſerui Diaboli, ſed liberi,
non deuincti, ſeu irretiti, ſed exſoluti, in libertatẽ vin-
dicati, ac ab omni periculo erepti, ad ſummum vnico
verbo dico, Dei eſtis, & filij excelſi omnes.
Per Ieſum Chriſtum, & eius incarnationem carior
39 fuit homo † omnibus Angelis, qui hanc noſtrã car-
nem adorauerunt in Chriſtum, & verbum caro factũ
eſt, & habitauit in nobis, adorent eum omnes Angeli
40 eius; quem hominem quando Deus † creauit; non
vſus fuit illis verbis, vt in alijs fecit, fiat lux, fiat firma-
mentum, ſed & manus poſuit, eum formando, & ha-
litu eum animando.
Sed quis eſt hic apud Deum nobilis, & dignus? ille
forſan, qui habet diuitias? ſuperbus? nobili ſtyrpe na-
tus? Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes? non qui-
41 dem, ſed † qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, &
qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator, hæc Mundus non
intelligit tanquam fatuus, vt benè S. Cirillus apertè
declarat in illis verbis, ponit tanquam rem certam
gloriã hominũ, & gloriã Dei inter ſe pugnare, nequè
magis conuenire ſimul poſſe, quã ſapientiã Dei, & ſa-
pientiã hominum, quarum altera alteri ſtultitia eſt.
42 Sed homo † miſer immemor beneficiorum, inſen-
ſata beſtia, cum in honore eſſet, non intellexit, com-
paratus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus
eſt illis; propter peccata enim homo dicitur animal
ratione carens.
43 Quæſo, quæſo conuertimini † ad Dominum in to-
to corde veſtro, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus
eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non
quæ ſuper terram; Deus eſt, & Dominus N. I. Chri-
ſtus, qui viuificat, & ſine ip ſo, homo eſt ipſa vanitas,
per vnum hominem mors, & per vnum hominem
reſurrectio.
Venite filij audite me (*Dauid in Pſalm.*) timorem
44 Domini docebo vos; non eſt † iſte Deus amplius
ſpiritus, vt poſſit dici eſſe repugnantiam inter carnẽ,
& ſpiritum, & ſic Deus eſſe vin dictæ, memorare (ò
45 bone Ieſu) quæ ſit mea ſubſtantia, tu, & † nos ſu-
mus vnum corpus, vna caro, vnus ſanguis, & oſſa; hoc
os de oſſibus meis (dixit Adam) & caro de carne
mea, ſuper quo, Paulus ait, Sacramentum hoc magnũ
eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, nam ſi-
cut ex Adæ latere, dum dormiebat, fuit formata Eua,
ita ex Chriſti latere in eius morte, & dormitione fuit
46 formata Eccleſia; nonne † in auguſtiſſimo Eucha-
riſtiæ Sacramento tua Diuinitas ſit noſter myſticus
cibus, & potus? nunquid vanè conſtituiſti filios ho-
minum?
47 Recordare ò homo, quòd anima † eſt immorta-
lis, & parata eſt ei perpetua manſio, ſalutis nempè,
vel æternæ damnationis, de hoc nullum dubium eſt;
Reuertitur puluis in terram ſuam, & ſpiritus ad Deũ,
qui dedit illum.
48 Time Deum, & fac bonum, habet Deus † virgam
in manibus, non amplius in forma ſerpentis, ſed rea-
lis ſceptri, nõ videbis eum amplius in formam ſerui,
nec dicentis, ego ſum vermis, & non homo, ſed in no-
mine meo omne genuflectatur Cæleſtium, terre-
ſtriũ, & infernorum, ò Maieſtas, ò altitudo, ò ſublimi-
tas incomprenſibilis, pauebit Aſſur virga percuſſus.
49 Dei mandata † ſerua, malaq. an bona veniant, hu-
militer dic, non mea, ſed tua fiat voluntas, nam tu
eris tunc ille homo in dignitate conſtitutus, de quo
dicebamus ſuperius, eris dico tanquam Chriſti fra-
50 ter, & conſanguineus; quicumque † fecerit volunta-
tem patris mei, qui in Cœlis eſt, ille meus pater, ma-
ter, & ſoror eſt, *Matt.* 1. alias dicetur, vos autem ſicut
homines moriemini, & perditio tua ex te *P. Albric-
cius cont. 3. num. 19.*
O Chriſti fideles ſtate ſuccincti lumbos veſtros in
veritate induti lorica iuſtitiæ, calceati pedes in præ-
paratione Euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcu-
tum fidei, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpi-
ritus, quod eſt verbum Dei.
Aquarum tractaturus materiam, inter maris hu-
51 ius ſæculi vndas † nos exiſtentes; fateor in maxi-
mo eſſe periculo amittendi hæc homini data dignif-
52 ſima, & nobiliſſima attributa, non † pacem video in
hoc amaro tribulationum, & afflictionum mari, ſed
bellum, vnde cogimur eſſe vigilantes, & depugnare,
collatis ſignis, contra hoſtes, alias facilè ſubmerge-
mur; vnde Paulus, cum dixerint, pax, pax, tunc repen-
tinus ſuperueniet omnis interitus, labora ſicut bonus
miles, ego pugno non quaſi aerem verberans: nõ co-
ronabitur, niſi qui legitimè certauerit, & Chriſtus
ipſe (*Mat.* 10.) dixit, non veni mittere pacem, ſed
53 gladium. Reſiſtite † fortes in fide, cum Diabolus
inimicus, tanquam leo rugiens circuit quærens quẽ
54 deuoret Merito igitur dicimus † dignitatem onus
eſſe, nedum reſpectu ipſius dignitatis manutenendæ,
ſed etiã operationis, habito reſpectu ad ipſam præe-
55 minentiam, & regimen, adeò quòd † cui plus datum
56 eſt, plus requiretur ab eo; & iſti quidem, non † aliam
ſitim debent habere, quã iuſtitiæ, alias ſemper erunt
aridi, & ſitibundi, hacq. in vita miſerias maximas ſu-
ſtinebunt, & in alia æterna, inhumanè cruciabun-
57 tur; ideò *Matt.* 5. dicitur, Beati † qui eſuriunt, & ſi-
tiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur; ò felices
Antiſtites, dum iuſtitiam diligunt.
Sed erit ne forſan aliquis, qui in hac nauicula no-
ſtra, ventibus, & vndis agitata, timore ſubmerſionis
temerè poſtpoſito, otioſus viuet, & in hos noſtros la-
58 bores inuehetur? perfida † labia procul, non otium,
59 malorum omnium † radix, inter nos regnet, & tunc
ceſſabit maledicentia, ac lingua doloſa ſilebit, ſi-
60 cuti enim; aqua † ſine motu vermes generat, ita ani-
61 ma otioſa malas cogitationes producit, recedant †
ab aula maligni, nec eis permittatur ad iſtas aquas
aditus, ne lõgius hac oratione ipſi progrediatur; ob-
muteſcãt, ſi ſe fallere negant, quia nõ agunt, & liberet
62 me Deus à maledica lingua; Dominus † protector
vitæ meæ à quo trepidabo? ſi exurgat aduerſum me
prælium, non timebit cor meum, ſi conſiſtant aduer-
63 ſum me caſtra, in hoc ego ſperabo. In te † Domine
ſperaui non confundar in æternum, confundantur
illi, & nõ confundar ego, paueant illi, & non paueam
ego.

Necessitas, ac vtilitas aquarum.

Cap. II.

1 AQua necessaria † est cunctis animantibus tanq.
cibus perpetuns per eorum salute, vt dicit
Natal. Istor. lib. 13. fol. mihi 342. à tergo in fi.
2 Ita, & taliter, quòd † sine ea, nec homo, nec planta,
nec erba, nec quæuis alia animalia viuere possunt,
Barbat. de diuis. fruct. p. 1. cap. 3. num. 7. adeò vt qui
ea priui erant antiquitus interficiebantur, *Iudith.*
cap. 7.
3 Immò † inter mortuos reputabantur, quasi quòd
ex ariditate mors reputabatur proxima, ex *Iudith.*
cap. 11. & in l. fi. ff. de riuis. & ex alijs, quæ adducit,
Barbat. de diuis. fruct. p. 1. cap. 3. num. 7.
4 Vnde antiquitus † immò de præsenti in ædificandis
Ciuitatibus, considerabatur, an situs aquis abundaret,
vt ex *Natal. loco supra allegato Borel. de mag.*
edic. lib. 3. cap. 12.
5 Et inter † elementa (*Colomb. in contion. dom. 6.*
post pentec. fol. 452. vol. 1.) habet aqua primatum ab
omnibus philosophis, vnde idem *Colomb.* felices loci,
6 qui † habent flumina, fontes, & maria, & miseri illi,
qui aquas non habent, nam omni bono priuati sunt.
7 Hinc verbum aqua † componitur dictione A, idest
sine, & relatiuo qua, hoc est, sine qua, & benè, quia
sine ipsa aqua, tanquam necessario elemento, difficile
est vitam ducere, *Glos. in proem. inst. verbo elementa*
Barbat. de diuis. fruct. p. 1. cap. 3. num. 6. Vrsell. tom. 2.
concl. 132. n. 1. Ricci coll. 4116. p. 9. Gail. lib. 2. obser. cap.
1. num. 7. vnde *Dauid. in Psalm.* & sicut terra sine
aqua sibi.
8 Immò Cælestia † & ipsa desiderarunt aquas, & illas
necessarias fuisse, dum in *Genesi* 1. Creator diuisit
aquas, quæ sunt sub Cœlo, ab ijs, quæ erant super cœlum,
quæ propter iustè inuitat ipsas aquas propheta
canens, *& aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt laudent*
9 *nomen Domini*, & tres pueri *benedicite † aquæ omnes,*
quæ super Cœlos sunt Domino.
Meritò igitur dicitur in sacra scriptura, *Eccl. cap.*
10 *29.* Initium vitæ † hominis est aqua, & panis, & vestimentum,
& domus protegens turpitudinem, & in
c. 39. Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua,
ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similegineus, & mel,
& botrus vuæ, & oleum, & vestimentum: hoc firmat
hanc sequens sacram paginam, *Barbat. de diuis. fruc. p.*
11 *1. cap. 3. sub num. 7.* qui ex *luc. de pen.* dicit † aquæ
vsum quoad potum de iure naturę esse omnibus cō-
12 munem; Alueum verò, † deriuationem, & alios vsus,
de iure gentium esse.
Meritò prætcrea excellere dicuntur aquæ, nam
Deus aquas super ipsos Cęlos esse voluit, vt *Dauid. in*
13 *psalm.* † ipse super maria fundauit eam, & super flu-
14 mina præparauit eam: & aquæ, quæ † super firmamentum
sunt vaporaliter trahuntur, & leuissimis
suspenduntur guttis, *Petr. Lomb. lib. 2. sent. dist. 14.*
si ergo (*dicit ipse ibi lit. B.*) potest aqua ad tantas minutias
peruenire, vt ferratur vaporaliter super aerē,
aquis naturalibus leuiorem: cur non credamus etiā
super illud leuius Cœlum minutioribus guttis, & leuioribus
emanare vaporibus? multa ponit, *Duran. in*
d. dist. 14.
15 De potestate non est dubitandum; potest enim †
Deus facere, quòd supra Cœlum sint aquæ, & quòd
glaciali soliditate aquæ suspendantur ne labantur,
ait, *Petr. Lomb. d. dist. 14. lit. A. & ibi Duran.*
16 Nec admittatur, quod dicit † Origenes, nempè has
aquas esse spirituales, nam errauit Origenes, quem
confutat, *S. Epiphanius*, vt refert *Bellarm. ad Psalm.*
17 *Dauid. 148. vers. 3. & 4.* sunt † enim corporales, &
sunt super Cœlum, non aereum, sed Æthereum, quod
probat idem *Bellarm.* ex verbis ipsius prophetæ, qui
cum dixisset, laudate eum Cæli cœlorum, mox adiungit,
& aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt, illos videlicet,
quos immediatę nominauerat Cœlos cœlorum,
quòd eò fortius stringit ex alio, *Dauid. d. Psalm.*
102. extendens Cœlum, sicut pellem, qui tegis aquis
superiora eius; prout etiam *Moyses in Gen. 1.* ponit
aquas super firmamentum, postmodum Stellas; &
Daniel. 4. in Hymno trium puerorum in enumeratione
eorum, quæ fecit Deus, ordinatim ponuntur,
primò Angeli, deinde Cœli, & aquæ, quæ super Cęlos
sunt, postea Sol, & Luna, & Stellæ, & cętera inferiora.
18 Hic etiam notatur, *per Bellarmin.* has aquas † esse
incorruptibiles, & sempiternas; Dauid. enim scriptū
de his reliquit, statuit ea in æternum, & in sæculum
sæculi, cū aliàs si ipsę essent aquæ elemētares, ibi esset
locus generationis, & corruptionis, quod non admittitur,
Duraud. in d. lib. 2. sent. alleg. dist. 14.
Herius autem de *Peregrinis ad dictum Psalm. 148.*
19 scriptum reliquit per † aquas istas, intelligi nubes,
supra nos in suspenso stantes; & *Iacobus de Valent.*
ad cant. trium puerorum; vers. benedicite aquæ omnes,
20 *&c.* dicit hoc † Cęlū esse Chrystallinum, siuè aqueum
primum mobile super polos mundi, trahens secum
omnes Cœlos inferiores, ab oriente, in occidentem
complens gyrum suum in 24. horis, inuitatur ideò,
dicit, ipsæ ad laudandum ipsum Deum, benedicite
aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt Domino.
Et multi tenuerunt, has aquas esse veras, & elemētares,
non supra Cęlum Sydereum, sed aereum, nempè
(vt dicit, *Haye in arbor. concion. ad Genes. cap. 1.*
vers. 7. fol. 58. in prin.) mediam regionem aeris, vel
infimā; & hanc aquam consistere in nubibus, quæ su-
21 perius † generantur ex vaporibus è terra, & aquis
immissis, quæ calore solis deinde soluuntur, ex qui-
22 bus † imbres generati ad irrigandam terram decidunt;
& hoc etiam idem, *Haye* probat cum auctoritate,
Dauid. Psalm. 17. tenebrosa aqua in nubibus
aeris, & *Iob. cap. 26. & 28.* diuisit igitur Deus medio
firmamento, nempè media, vel infima regione
aeris aquas superiores, nempè nubes, ab inferioribus
aquis, scilicet elementaribus.
Ego tamē verius credo id, quòd supra Bellarmin.
& alij allegati tenent: nec dictus *Haye*, absolutè detestatur
hanc opinionem, sed in medium affert fundamenta,
& licet dicat hanc probabiliorem, attamen
in fine ponit, quòd cum vtraque opinio suos habeat
auctores, ideò conceptibus vtraque aperietur.
23 Illud autem † verbum, firmamentum, dicunt intelligi,
de media aeris regione, vel probabilius, de infi-
ma

ma diuidente nubes, ab aquis inferioribus; & sic Cælum, sed aereũ,non illud, quòd conuenit sphæræ Cæ-
24 lesti, quòd † est dictum à cælando, & occultando, vt *Haye d. cap. in expos. vers. 8.* Hinc dicitur de illo firmamento, volucres Cœli,&c. intelligendo de aereo.

Tandem vnum etiam est ponderandem circa prędicta; quòd scriptura sacra dicit,aquas esse super fir-
25 mamentum,quod † secundo die factum est,& in quo
26 quarta die † luminaria facta sunt; aer verò fuit
27 † factus tertio die, nec Stellę in ipso positæ fuerunt; vt *Riccard. in 4. sent. loco citato.*

Lector habes ex prædictis,modum in vtraq. opinione elaborandi, totam sufflendo materiam apud auctores sacros, ego autem non recedam ab opinione Bellarmini. Sed ad alia fit noster sermo dirigendus,satis enim de his dictum fuit,cum non intendam tempus consumere in his quæstionibus, sed tantum calamo currenti aliquid dicere, ne omnino hæc silētio ponantur,cum intentio mea fuit latissimè tractare de aquis circa leges meas, non autem in alienam messem falcem mittere.

NON terminatur autem vtilitas, ex iam dictis,
28 quam consequimur ex aquis, † quandoquidem per aquas etiam carnes, & alia animalia ad vsum, cibũ, & sustentamentũ hominum destinata, sine ipsa aqua non percoquuntur, aut perficiuntur.

29 Sordes, & Immunda † abluuntur, & purgantur,& ob id infinita lauacra cōstructa reperiũtur,etiã ad sanitatem corporis conseruandam,seù recuperandam *Lodulph. de Sax. de vita Christi p. 1. cap. 21. lit. D. fol. 74.*

30 Potentia † vini firmi mitigatur, & quælibet potio fortis.

31 Aquę potu † (vt dicit *Plutarc.* de sanitate tuenda) sentimus internas partes relaxari, & leniri.

32 Ciuitates, & ipsæ † inuincibiles fiunt, ex aquis in
33 fossis existentibus, & dicant Cremonenses † hoc anno 1648. qui fuerunt ab hoc antemurali defensi,licet Galli curarent aquam è foueis prædictis expellere, deijcientes, seù infundentes in eas lapides, terram, vtresq. culeos, & sacculos lutuosos,& lapidibus plenos.

34 Fontes † & ipsi,solo visu nos recreant,spiritus con-
35 solantur, & quando nos ob calorē,æstate † inquietè viuimus,nostri serui cubicula irrigant, & aspergunt.

36 Plantæ † ipsæ legumina, triticum, & vuæ, viridarij, & omnia,quæ ob calorem,& solis ardorē torrescunt, virida apparent, non amplius foleis humiliatis, sed eleuatis non desinunt se lætitia afferre,& puluere aliquando penulatæ sine amicto crescunt,& pullulant.

37 Pocula † ex glacie fiunt, & ijs magnates in mensis, & conuiuijs vtuntur ad bibendum maximè in æstate.

38 Aquarum † murmur tanquam cantor nos dormire,& quiescere facit, ac si esset musicus concentus.

39 Lauant † corpus,lauant pannos, & blancarias.

40 Pueris,& † ipsis fauent aquę,nã ipsi vix nati,& vsq. à Cunabulis in hyeme ludentes cōponunt,fabricant, & faciunt, pontes, castra, armatos homines,& fortalitia,ex niue; puellosq. etiam faciunt, seù pupas,contra quos, & quas hastis concurrunt tanquam strenui hippomachi.

41 Aqua gelata, † tanquam solum, currus sine rotis sustinet,& cursum velociorem reddit; vndè tempore bachanalium, homines incedentes personati, istis vtuntur curribus, & per viam ita currunt, quòd videtur mutatis æquis ad celeritatem iter facere, & tanquam nauis,vt ventus,nauigans, secũdo flumine,pręcipitanter ad metam perueniunt.

42 Concurrit præterea † tanquam quartum elementum ad formationem mixtorum corporum; vt *Casonius in sua amoris magia cap. 3. fol. 21. dial. 1.*

43 Et licet † ipsa non nutriat,est tamen vtilis secundũ
44 *Galen. in 4. de vtil. partic. cap. 5.* & in febribus † ardētibus successum felicem concedit, est enim aqua naturæ febriũ contraria, refrigerando, & humectando corpus.

45 Estq. † optima aqua ijs, qui de nocte patiũtur pollutiones.

46 Aqua item, cum † sit frigida, & humida, prodest etiam calidis, & carnosis, ac crassis, & appetitum suscitat.

47 De mane † aquam bibere, nō est malum, si credere volumus Philosopho, qui refert, quòd quidam Medicus Græcus pro tuenda sanitate secretum proponebat, nempè, vno spiritu bibere bis in mane aquam. *Pius Rub. in mystico sale contr. 2. fol. 68. vers. scriue.*

Hinc communiter ab omnibus receptũ est, quòd
48 abundantia † aquarum frequentiorem facit habitationem; vt dicit *Cherub. ad const. Sixti V. 101. superni*
49 *cura. com. 2. Schol. 1.* & ea ratione (ait) quia † aquæ abundantia aeris corruptionem impedit, eiusq. salubritatem operatur,& multa incommoda habitatoribus aufert, ex auct. ibi allegatis.

50 Plantæ, † & ipsæ hac indigent abundantia, vt diximus in præcedenti *cap.* alias arescunt; *Ripa de peste varijs in locis.*

51 Vnde *Aristoteles lib. 2. de Plantis*, ait quatuor † quãlibet plantã indigere semine, nempè terminato, loco conueniente, aqua moderata, & aere cōsimili, videatur, *Scot. resp. 8. num. 8. tom. 1. lib. 2.*

52 Et *Bimius* firmat † necessariam esse aquæ abundãtiam, & illam multum possessionibus prodesse *in lib. 3. cons. 238. sub num. 27. & 28.* hisceq. verbis hoc benè explicat de aquis loquens, quæ sine eis cito amissa viriditate, qua nunc florēt, & vberes eduntfructus, arescent, & simul vniuersa possessio exarescet;
53 nã † pabulo deficiente, bestiæ vtiq. ad agros colendos necessariæ macrescunt, immo ossa, & pellis euadunt misera macritudine, & tabescunt, earumq. tabe, atq. morte, vineis, atq. campis interitus afferatur, cũ deficiat pinguis cultura, qua illi mirificè lætantur, & recreantur, & valdè fructuosi fiunt, *Ripa de peste nu. 6. & alib. etiam fol. mihi 48.*

Hinc mirum non est, si multi procurant construere cisternas in locis, qui inopia aquarum laborant.

54 Aquæ † enim in Cisternis custodiuntur optimè ab incolis, & habitatoribus, maximè pluuiæ, quæ sunt meliores, & leuiores alijs, & tales ibi conseruantur, vt
45 in nostris † villis Cliuulis positis in agro Bononiensi, in locis mōtuolis situatis; vnam enim ego habeo extra portam Sancti Mamæ, quæ in æstate esset sine aqua, nisi illæ congregarentur in hyeme, mediante opere manufacto; & hæc fiunt, vt nedum habitato-

res,

res, ſed etiam animalia bibere poſſint, & aquis vti
56 pro eorum neceſſitatibus; non † tamen, vt vinum
dominorum, tempore maximè vindemiarum, dilutũ
ducatur ad Ciuitatem, vt ſolent facere ruſtici, qui ſæ-
ueriſſimè eſſent tunc puniendi, nec abſoluendi à
Confeſſario, niſi facta reſtitutione, vt dicam in mate-
ria confeſſionis, in meis libris ſpiritualibus.
57 Ad prædicta circa dictas ciſternas, *Ierem.* 2. ait †,
& foderunt ſibi ciſternas; Quare (*Riber. in Amoſ.*
58 *proph. cap. 4. num.* 20.) ſi imbres † diuina ita ſuſpen-
derit, maius ſitis, quàm famis periculum eſt, ſecundũ
Hieronymum, & ſunt multi (ibi in Tropologia) qui
59 † doctrinam quærunt, ſed non ſatiantur, quia non ſi-
nuntur magiſtros inuenire, qui factis, & verbis do-
ceant, & ex animo orent pro ijs, quos docent, gratiãq.
pænitentiæ illis impetrent.

Aquarum mirabilia, & laudes.

Cap. III.

TAm mirabiles, & laudabiles ſunt aquę iſtę, quòd
1 de illis dicitur, † fluminis impetus lætificat Ci-
uitatem Dei.
O Beata, ac ornata Dei Eccleſia, magnoq. gau-
dio, ab his aquis, & flumine affecta.
2 Hæc eſt † Eccleſia, Petri petra à Deo conſtructa, &
ædificata, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper
3 hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & † portæ
inferi non præualebunt aduerſus eam, *Matth.* 16.
4 Hanc autem † Petri hæreditatem non habebunt,
5 qui ſinè fide erunt, vt dicit Ambroſ. nam illa † eſt Ec-
cleſia Sancta, quæ fidem Chriſti (*ait Hieron.*) inte-
gram ſeruat.
6 Gandete fideles, nam † mater veſtra Eccleſia no-
dos extricat, & diſſoluit; nec hoſtis eſt, & reperitur,
qui illam inſidijs poſſit euertere, iuxta illud poeticũ.

Qui ſibi bella mouet, genitrix Sanctiſſima non te
Lædit, at ipſe ſuum traycit enſe caput.
Calce ferit ſtimulum, nam ſe miſer ipſe cruentat:
Quiſq. putat ſtimulos ſe dare damna, capit.
Atq. eadem patimur, quæ rupi alliſa procella
Alluitur rupes: frangitur vnda minax.
Fortior es Cælo, Cælumq. & terra peribunt:
At tu ſponſa Dei, tempus in omne manes.

O aquæ excellentia, & dignitas.
A Pontifice Chriſti Vicario, fuit ordinatum aquã
benedici, vt exindè omnes Chriſtiani ea vtentes in
ſuis neceſſitatibus, periculis, & infirmitatibus, etiam
animæ, ſuccurrerentur, & ſanarentur.
7 Alexander hoc nomine primus, ille fuit, qui † aquã
benedicendam, ordinauit, *Bertachin. reper. verb. aqua*
fol. 83. *Alberic. in diction. fol.* 23. *verbo aqua. Galganet.*
de iure publ. lib. 3. *tit.* 65. *Mazarin. Dauid. ead. diſc.* 59.
lit. D. E. & ſeqq. vt conſtat in hoc ſuo decreto, *Aquã*
conſperſam ſale Populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi
ſanctificentur, & purificentur, quod, & omnibus Sacerdo-
8 *tibus faciendum eſſe mandamus*; ſi enim † Cinis Vitulæ
aſperſus populum ſanctificauit, & mundauit, quanto
magis hæc ſancta, & benedicta aqua ſale conſperſa,
diuiniſq. precibus ſacrata Populum ſanctificabit, &
9 à venialibus mundabit? & ſi ſale † aſperſo per Eliſeũ
Prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis
10 diuinis precibus ſacrata ſterilitatem † rerũ aufert hu-
manarum, & coinquinatos ſanctificat, & purgat, bo-
na multiplicat, & inſidias Diaboli auertit (vt infra
dicemus) & à Phãtaſmaticis verſutijs homines defen-
dit, *Pau. de viſitat. q.* 8. *ſecund. par. num.* 39. *Gal-*
ganet. de iure publ. lib. 3. *tit.* 65. *Mazarin. Dauid. ead.*
diſc. 59. *lit. E. Samarin. de aqua aſperſ. fol. mihi* 177.
in theſ. ſacerd. p. 1.
Quàm plurimi valeant iſtæ benedictiones, perci-
11 pias à cupiditate Iacob, qui ſe curauit † benedici tàm
ſollicitè, & cũ matris ſolertia, & Eſau tot lacrymis de-
planxit, ſe illa benedictione priuatũ? vt apud *Caranz.*
legimus ſumm. concil. circa decr. Alex. fol. mihi 12.
Viguer. inſt. ad Chriſtian. Theolog. §. 8. *cap.* 16. *verſ.*
2. *de aq. bened. fol. mihi* 691. *Alph. à Caſtr. aduerſus*
hæreſ. de aqua; audiamus, quid dicit ſcriptura ſacra
per Ezechielem Prophetam: aſpergam ſuper vos
12 aquam mundam, & † mundabimini ab omnibus im-
munditijs veſtris, & ab omnibus ſimulacris veſtris: &
mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & ſpiritum
nouum dabo in vobis, latè, *D. Cyprian. lib.* 4. *epiſt.* 7. *&*
numeri 19. qui tetigerit cadauer hominis, ſiuè huma-
næ animæ morticinum, ideſt à morte cadens, & pro-
pter hoc octo diebus fuerit immundus, & aſpergatur
ex hac aqua die tertia, & ſeptima, & ſic mundabitur
à peccato, ſi enim aſperſus die tertia non fuerit, ſepti-
ma non poterit emundari, &c. qui licet videatur ſe-
cundum aliquos intelligere de aqua baptiſmi, atta-
men ad propoſitum aquæ benedictæ, hunc ſacrum
textum allegat, *Samarin. in ſuo Theſau. ſacerdot. loco*
citato.
13 Per huius aquæ † virtutem excitantur fideles ad
orandum Deum, vt ſicut (*Viguer. inſt. ad Chriſtia.*
Theolog. §. 8. *cap.* 16. *verſ.* 2. *de aq. bened.*) per aquã
14 Baptiſmalem eos in Baptiſmo plenè mundauit † ita
emundare dignetur conſcientias per aquam contri-
tionis.
15 Eſt iſta † aqua benedicta optima pro curandis
morbis, *Bellarmin. diſt. tom.* 3. *de extr. vnct. lib.* 1.
cap. 6. *lit. C. fol.* 1261. & habemus, quòd S. Fortu-
16 natus † curauit ſolius aquæ benedictæ aſperſione cu-
iuſdam ſœmoris fracturam, *Galganet. de iure pub. lib.*
3. *tit.* 65. item mulierem per aquam benedictam ſa-
nam redditam *ibidem*, item hominem freneticum
per ipſam fuiſſe ſanatum, *ibidem Turrecrem.* & ipſe
hanc firmat veritatem, *in c. aqua diſt.* 3. *de conſecr. in*
17 *eff.* 9. immo *eff.* 10. dicit hanc aquam † eſſe potenté
contra peſtem, & aerem corruptum, & vbicunq. &
in quacunq. parte corporis ipſa tetigerit hominem,
ſiuè in manibus, ſiuè in facie, ſiuè in alijs locis; bonũ
18 eſt; ſed in facie † communiter accipitur propter di-
19 gnitatem, eſt enim facies † pars corporis nobilior
vltra quod quinque ſenſus vigent in capite, in quibus
ſæpius peccauimus, *Io. Herolt. ſer.* 110. *fol. mihi* 419.
20 Solemus hinc dicere, quòd ſi † caput dolet omnia
membra languent.
21 Populum etiam † ſanctificat, & mundat aqua ſan-
cta, & benedicta, cætera bona multiplicat, inſidias
Diaboli auertit, & à Phantaſmaticis verſutijs homi-
nes defenſat, vt ſupra etiam diximus, quibus addo. *B.*
Antonin.

Antonin. in summ. p. 3. cap. 10. de ornat. & deu. §. 3. tit. 12. fol. 177. Turrecremat. tom. 4. in c. aqua dist. 3. de consecr. sub num. 8. & seqq.

Plurimùmq. valet ad debellandos Diabolicos in
22 cursus,& eos coercendos potens, cõtribulasti † (dicitur in *Psal.73.*)capita Draconum in aquis,ex *Alex. in c. aquam sale,de consecr. dist. 3. Homob. de huma. vitæ statu part. 2. fol. mihi 843. Alph. à Castro aduersus hæres. lib. 2. de aqua. Bellarmin. disp. tom. 3. de effec. sacr. lib. 2. cap. 29. fol. 192. lit. B. Azor. inst. moral. tom. 1. lib. 4. cap. 11. fol. 358. lit. C. & tom. 2. lib. 9. cap. 15. Barbos. coll. tom. 1. super 3. decretal. in c. aqua. de consecr. Eccl. num. 3. Io. de Selua. de benef. q. 5. num. 132. p. 1. Ægid. Bell. in d. c. aqua. de consecr. dist. 3. num. 2. Galganet. de iure publ. lib. 3. tit. 65. Turrecrem. c. aquam, de consecr. dist. 3. tom. 4. sub num. 8. Mazar. super Miserere, disc. 59. lit. Y.*

23 Reprimereq. † potestatem Diaboli per aquam benedictam,intelligitur,nempè impugnandi ab exteriori, exorcismus autem ab interiori, *Sot. in 4. sent. dist. 6. q. 2. art. 3. Fumus in summa de aqua.*

24 Præterea hæc aqua † non est directè ordinata ad remedium præstandum, sed contra Dęmones, & contra omne impedimentum Sacramentorũ, *Summ. Syluestr. de aq. bened. num. 1. Fum. in summ. de aqua in fi. Turrecrem. c. aqua dist. 3. de consecr. tom. 4. 6. eff. & in resp. ad primam rationem fol. 209. in fi.* nec pari-
25 tèr † ordinata immediatè ad causandam gratiã, sed ad remouendum illud,quod gratiam ipsam impedit, idèst Diaboli nequitiam, *B. Antonin, in sum. p. 3. cap. 10. tit. 12. §. 3. Fumus in summa, de aqua.*

26 A terrenis † inquàm nos, & nostras mentes reuocat aqua benedicta, *Turrecrem. in d. c. aqua dist. 3. de consecr. num. 9. in 3. eff.* & nos præparat, & disponit ad orationis puritatem, *ibidem in 5. eff.* qui in *septi-*
27 *mo, & 8. eff.* dicit, hanc † aquam producere fęcunditatem, tàm respectu prolis, quàm fructuum, et rerum temporalium, *Mazarin. super Miserere disc. 59. lit. Z.*

28 Tendit hæc † aqua ad expiationem, seu munditiã passionum, *idem Mazar. super Psalm. Miserere d. disc.*
29 *59. lit. Y.* qui dicit aquam † subnecti cum farina, ita
30 vt copulatur, & iungitur ferè indissolubiliter, ita † aqua benedicta cum Deo ligamur, vndè *Irreneus*, Nos aridi nõ poteramus compingi Deo,nisi ros Spiritus Sancti sursum defluens, mortalitatem nostram proluisset.

31 Item confringit † ista aqua (ex eodem ibi) duri-
32 tiem cordis, nam renitens † quidam iuuenis, precibus Sancti Alberti, vexatus à Dęmone, fuit liberatus per aquam benedictam ab eodem.

Alijs etiam miraculis Deus noster hanc aquam comprobauit, & nimis longũ esset omnia ibi describere, aliqua tamen dicam, et referam, vltra ea, quæ superius diximus, et nempè.

Maphens in suis historijs Indiarum lib. 15. fol. mihi 603. lit. B. narrat, quòd Dei iusto iudicio contra Populos infideles, et rebelles, mures agresti infiniti, terras inuaserunt rodentes radices seminum.

Isti hæc videntes mirabilia, męsti culp[illegible] com-
33 missi[illegible] aquam aspergebant super terris, et statim mures recedebant, transeuntes ad loca gentiliũ, cum eorum maximò damno, & detrimento, per quod conquerebantur de Christianis.

Qui *Maphens d. lib. 15. fol. mihi 617. lit. C.* refert
34 † claudos, & infirmos aqua benedicta sanari; alia mi-
35 racula possunt † videri apud *Henriquez. in sum. lib. 4. cap. 15. §. 8. lit. E.*

36 Et quidem multò fortius ratione animæ † sunt aspergendi infirmi hac aqua benedicta, ad effuganda phantasmata Dęmonum, quod in primis fieri iubet, *Cõcil. Nannetense can. 4.* debet enĩ primò sacerdos infirmũ aspergere aqua benedicta, & sancta, & ipsum cubiculum, *Galganet. de iure pub. lib. 3. tit. 65.* vndè
37 Psalmista, Contribulasti † capita Draconũ in aquis, vt supra allegaui *Io. Herolt. serm. 110. fol. mihi 419.* qui adducit exemplum de quodam laico,
38 qui cum † esset in mortis articulo constitutus, vidit totam domum repleri deformibus personis, & rostratis, intelligens esse spiritus immundos: fecit sibi porigi vas aquæ benedictæ, et cum ea totum aspersit locum, tuncq. statim altè clamare cœpit; eia eia fac quòd facis, quoniam ecce Diaboli fugientes summa celeritate contendunt exire, alter in alterum impingentes, et ille fortius aspergebat, et fuit liberatus ęger à tali Dęmonum infestatione.

39 Narrat etiam † *Alph. à Castro aduersus hæres. lib. 2. de aqua fol. 66.* ex Theodoreto, quòd Imperator Theodosius, dum iusserat Idolorum templa destrui, quidam Apamiæ Ciuitatis ad templum Iouis accedens, vt destrueret, ob difficultatem, igne curabat lapidum durissimorum iuncturas dissoluere; At Diabolus hæc impediebat, et flammam, ne suas faceret operationes.

Hoc audito à Marcello Episcopo illius Ciuitatis, iussit aquam apponi sub Altari, et illius fieri per Diaconum aspersionem, tunc statim Dęmon aufugit, nõ ferens aquæ virtutem, ita *Mazar. super Miser. disc. 59. lit. A.*

Aliud simile exemplũ refert Epiphanius, de quo-
40 dam Hebręo ad fidem conuerso, qui aqua † benedicta incantationes aliorum Hebręorum, ne quoddam ædificium perficeretur, dissoluit, idem *Alph. à Castro aduer. hæres. lib. 2. de aqua fol. 66. Mazar. super Miserere disc. 59. lit. Y.*

41 De Sancta Martha legitur, quòd aqua benedicta, † et crucis signo, signauit Draconem destruentem Populum, qui postea fuit occisus à conterraneis illius loci, idem *Mazarin. super Miserere d. disc. 59. lit. Y.* qui
42 aliud mirabile scribit de Sancto Machario, qui dissoluit † incantationẽ cuiusdã mulieris, quæ viro, ac alijs, qui eam videbant, apparebat non mulier, sed equa.

43 De quodam etiam milite legitur, qui dum † obfirmatum habebat animum peccata non confitendi, et manebat in sua duritie, et pertinatia, petijt aquam ad bibendum (ò Dei occultum iudicium) errore data fuit eidem aqua benedicta, bibit, et statim, homo nouus factus, confessarium petijt.

44 Beatus Macedonius † sanauit morbum lupæ hac aqua, quo grauabatur quædam mulier nobilis, et in
45 Iaponis † regione, nouelli Christiani regulariter à morbis liberantur, et sanantur hac aqua benedicta.

46 Diuus Quintinus † sanauit integram familiã Hortensij Senatoris.

47 Redduntur viui † tãdem aqua benedicta, qui sunt mortui

mortui, vt *Mazar. super Miserere d. disc. 59. lit. B b. cum seqq.*

48 Ibi tandem non omitto, quòd aqua † benedicta à Diuo Carolo Borromeo Cardinali fuit mirabilis,& multi ea deuotè vtebantur; vndè obsessi à spiritibus immundis liberabantur, & à diuersis curabantur infirmitatibus, etiam procedentibus à fascinationibus, & lamijs; variaq. miracula describuntur in eius vita *cap. 8. fol. mihi 688.*

49 Præterea per aquę benedictę † aspersionem remittuntur venialia per modum meriti, non Sacramenti, vt dicit *Ricardus in 4. sent. lib. 4. dist. 1. art. 1. q. 3. vers. ad primum. Anton. sum. p. 3. cap. 10. §. 3. tit. 12. sum. Syluestr. de aqua bened. num. 1. Trouam. Rosel. cas. verbo aqua fol. 33. Viguer. inst. ad Christian. Theolog. cap. 16. §. 8. vers. 2. de aqua bened. Bellarmin. disp. t. 3. de Sacram. in gen. lib. 1. cap. 13. lit. B. Archid. super decr. p. 3. cap. aquam de consecr. dist. 3. num. 1. Azor. inst. moral. tom. 1. lib. 4. cap. 11. fol. 356. lit. C. D. & tom. 2. lib. 9. cap. 5. Bertach. reper. fol. 83. verbo aqua Ægid. Bellem. d. c. aquam num. 2. Turrecrem. in c. p. 1. dist. 50. & in c. aqua de consecr. dist. 3. tom. 4. in 4. eff.* et melius *fol. 209. col. 2. num. 9. Mazar. disc. 59. super psalm. Miserere lit. S. Galganet. de iur. publ. lib. 3. tit. 65.* in quantum excitat motum voluntatis, seù feruorem charitatis, per quam fit venialium remissio, non tanquam per vim Sacramenti, secundum D. Thomā, *Fum. in Sum. Armil. de aqua. Sum. Angel. in verbo aqua vers. fi. B. Antonin. sum. p. 3. cap. 10. §. 3. tit. 12. Sum. Syluestr. de aqua bened. nu. 1. Trouam. Rosel. cas. verb. aqua, fol. 33. Sot. in 4. sentent. dist. 1. q. 6. art. 1. vers. sunt deinceps, & vers. seqq. fol. mihi 139. & dist. 6. q. 2. art. 3. fol. mihi 351. & dist. 15. q. 2. art. 1. fol. mihi*

50 *763. & art. 3. fol. 770.* non est enim † Sacramentum aqua ista, sed res Sacramētalis, quasi quædam dispositio ad Sacramentum, secundum D. Thomam, quem allegat, *Alber. dict. verbo aqua fol. 23. Fum. in sum. Armil. de aqua. Anton. d. cap. 10. §. 3. tit. 12. in sum. Bellarmin. disp. de Sacr. in gen. lib. 1. cap. 5. lit. D. & cap. 13. lit. A. & de eff. Sacram. lib. 2. cap. 24. lit. A. & B. Archid. super decr. p. 3. in cap. aquam de consecr. dist. 3. num. 1. Azor. inst. moral. tom. 1. lib. 4. cap. 11. & tom. 2. lib. 9. cap. 15. Aegid. Bellem. in c. aquā. dist. 3. de consecr. num. 2. in fi.* si enim esset Sacramentum, non potuisset ab Ecclesia institui, *Sotus d. q. 6. art. 1. sub vers. sed argui.*

Bonum est ergo, ò fideles.

51 Aquam † benedictam quemlibet in propria domo habere, nam sicuti venialiter sæpè peccamus, ita sæpè ab illis purgemur, *Io. Herolt. serm. 110. fol. mihi 419. Viguer. inst. ad Christ. Theol. §. 8. cap. 16. vers. 2. de aq. bened. Archid. super decret. p. 3. cap. aquam. de consecr. dist. 3. num. 1. Galganet. de iure publ. lib. 3. tit.*

52 *65. in fi.* bonumq. est † illam habere circam lectum, & aspergere se de sero cum ea, quando quis vult lectum intrare, *Herolt. loco citato serm. 110.*

53 Hoc enim † consuetum, ex deuotione deferendi aquam benedictam ad domum propriam, est honestum, & conueniens, nec vituperandi (ait Viguer loco citato) sunt isti, qui ibi illam aspergunt, vt liberētur à vexationibus Demonum, tentationibus, aere infecto, peste, et similibus, quia hæc petuntur in aquæ benedictione, *Io. Herolt. d. serm. 110.* et pro aspersione in agris, vineis, et super pecora, et pabula eorū, super cibos, et potum, quod fieri potest, et debet, *Ægid. Bellem. in c. aquam dist. 3. de consec. num. 1.*

Sed ò Christiani, cur aqua benedicta, et sancta ad aliquos non extendit suam virtutem?

Idem, est ò viuentes, de alijs gratijs, nobis ex Dei bonitate, et clemētia, concessis, quibus nos indignos

54 esse facimus: non est, qui corde cogitet: aquam † benedictam recipimus, sed potius casu, et de more, quā pensatè, et præuenientes affectu, è deuotione, quæ

55 † est necessaria in hac aqua sumenda, non indeuotè, et derisoriè, prout multi faciunt: siue à Sacerdote accipiatur, siuè à seipso, *Io Herolt. sermo. 110. fol. 419.*

56 Accedunt enim isti peccatores † ad templū, nō vt mundentur, sed multiplicantes peccata, lasciuis amoribus, detractionibus, et alijs iniquitatibus, iram Dei prouocent maiorem contra ipsos, et aliquando quis intrat Angelus, et recedit de templo Diabolus. Non

57 isti sunt, de quibus dicit, *Matth. 21.* et accesserunt † ad eum cæci, et claudi in templo, et sanauit eos, quia non sanantur, cum Dei domum fecerunt speluncam

58 latronum, et domum negotiationis. Quæso † appropinquate Deo, et appropinquabit vobis, ò homo audi, Heccine reddis Domino Deo tuo popule stulte, et insipiens? hęc est cōpensatio beneficiorū? cuo-

59 niet, quòd † in transitu animæ tuæ, à se, te ingratum expellet: recedite, ò filij Diaboli, ite maledicti in ignē æternum, iste, iste est populus meus, qui oblitus est mei diebus innumeris; obliti sunt Deum, qui saluauit eos; obliti sunt benefactorum eius: ars Dæmonis hęc fuit, quā sequuti sunt isti damnati, iste enim Lucifer

60 facit, quod † tollantur in altum, fama, superbia, vindicta, et alijs vitijs grauissimis; vt lapsu grauiore postea ruant.

61 E contra ijs, qui † ipsum Deum adorauerunt in spiritu, et virtute, dicetur, venite benedicti patris mei percipite regnum.

Discite, ò gentes, à Petro, et Ioanne, qui ascenden-

62 tes † in templo, deuotè, et assiduè orabant, vt *Luc. 24.* et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cū gaudio magno, et erant semper in templo, laudantes, et benedicentes Deum.

Discite, discite à discipulis, qui in passione, et re-

63 surrectione † magistrum tam assiduè omni diligētia, et sedulitate quærebant, de quibus dicitur, et surgentes eadem hora regressi sunt Hierusalem, et inuenerunt congregatos vndecim, et eos, qui cum ipsis erāt dicentes, quia Dominus surrexit verè, et apparuit Simoni, in quo quidem regressu, dicit *Trugil. in Thes. côcion. fer. 2. post Pascha, tom. 2. fol. mihi 86. num. 30.* illicò omnia relinquunt, cænam dimittunt, seq. ipsos magna velocitate itineri accingunt, atq. illuc peruenerunt in Hierusalem, etiam nocte tamet si paulò lōgius distaret, vt intelligas, quantam adhibere soleat diligentiam, is, in quo Deus habitat, et quem Deus suo amoris igne inflammauit ad eas res obeundas, quæ ad Dei honorem spectant, et proximorum suo-

64 rum salutem concernunt. Nihil † fit eis difficile, nil operosum, nilq. eos remoratur. Deuotè igitur

65 † aquam benedictam recipiamus, pectus nostrum

66 percutientes, vnge † caput tuum, vt dicit *Augustinus lib.*

lib. 2. *de serm. dom. cap.* 20. vnctum enim caput ad lætitiam pertinet, & ex Bernardo, vnctum caput potest mens deuota intelligi, vnge dico caput tuum deuotionis pretioso vnguento, vndè *Dauid.* sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, *Psalm.* 62. circa quē versiculum, *Barad. in Euang. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 25. *in fi.*
67 dicit quòd † adeps, pinguedoq. spiritualis est deuotio: hæc si adest, labia exultationis ad orandum, manus exultationis ad operandum, cor exultationis ad ieiunandum habebis, vnde egregiè ait *Gregor. lib.* 8. *epist.* Mens affecta tristitia minus se ad ea, quæ vtilitatis sunt, erigit, & ante incipit succumbere, quàm
68 laborare; vndè † seruiendum est Deo cum lætitia, & exultatione.

Turrecrem. c. aqua. dist. 3. *de consecr. tom.* 4. describit vtilitatem istius aquæ benedictę, quę inter alia
69 beneficia in † nos inducit ipsam deuotionem, sed est accipienda deuotè, & contrito corde, nam tunc deuotius ad mysteria, & susceptionem Sacramentorum accedemus.

70 Non nego tamen, quòd etiam incōsideratè † sumpta aqua benedicta iuuet, sed tutius est, quòd homo cogitet quid facit, quādo se aspergit aqua benedicta, vt maiorem gratiam recipiat, vt dicit *Mazar. super Psalm. Miserere disc.* 59. *lit. V. & X*, qui contra indeuotos, & renitentes accedere ad vas aquæ benedictæ insurgit his verbis videlicet. *L'intendano quei Signori,*
71 *che † par, che schiffino, e che isdegnino d'accostarsi alle pille, ma riceuono l'acqua per quelle mani, per le quali non la riceuerebbono per lauarsi il volto. L'intendano quelli, che appoggiati a' fonti, parlano di cose lascine, e vi si conferiscono, come ad opportuno luogo d'aguati, e d'insidie per la pudicitia dell'honeste donzelle; intendanla finalmente quelli, che quest'acqua ad incanti, e stregarie, & ad altre cose profane abusano, ò in altre sacrileghe guise profanamente adoperano.* Quando ergo ad templum accedis, accipe aquam, vt ille homo Euan-
72 gelij fecit, portans aquam ad cęnaculum, qui † hominem deuotum significat.

73 Cænaculum † est templum Dei, quod magnum esse debet, mundum, & argento, auro, & supellectili pretiosa præparatum, *Barad. in Euang. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 15. *de Cænaculo.*

74 Hæc ornamenta † non apparent in creatura animata, quia cessat amor.

75 Amantes † se videre faciunt pretiosis vestimentis indutos, elegantes, odoratos, & minima macula nusquā apparet, immò se speciosos, & immaculatos ostendunt, & magistros esse munditiæ, & quòd emaculandi verum habent modum.

76 Christianus autem † quotidiè fatetur se diligere Deum in primi pręcepti recitatione, supra omnia; sed mendax est, quia creaturam adorat, & creatorem offendit, labijs diuina recitat, & canit, sed cor eius longè est à Deo suo.

Si ergo creatura peccando, & contraueniendo, mandata contemnit, quomodo Deum diligit, & cor eius in Deo est?

77 Amor † Dei facit Hierusalem, amor sęculi Babiloniam, ideò, si amas sæculum, ciuis es Babilonis, si diligis Deum, ciuis es Hierusalem.

78 Interroget (ait *Aug.*) igitur † vnusquisque quid amet, & inueniet vbi sit Ciuis.

79 Non possumus † duobus Dominis seruire, Deo sci-†
80 licet, & diabolo; Vndè Cyprianus dicit, quòd amor mundanus, & Dei amor in vno corde pariter
81 habitare non possunt, quemadmodum † oculi pariter, & Cœlum, & terram nequaquam conspiciunt.

82 Decipit † amor mundanus viuentes, videtur enim à principio dulcis, sed finem habet amarum, ad dif-
83 ferentiam † amoris Dej, qui principium habet amarum, sed vltima sunt dulcedine repleta.

84 Diliges † ergo (*Deut.* 6.) Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
85 fortitudine tua: nam † diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

86 Pręterea aquā benedictā recipiēs, qui sit in peccato mortali, nil meriti accipit, quia capax non est aliquid recipēdi, nec opus est disputare, an venialia deleat, *Mazarin. super Psalm. Miserere disc.* 59. *lit. V.*

Facit tamen, aqua, prout aliæ deuotiones, nam viam aperiunt, & disponunt ad conuersionem ad Deum, & gratiam adipiscendam, vide quid dixerim in meis pract. fori externi, & interni, ad quæ me remitto circa hanc quæstionem.

Varia de aqua benedicta.

NOstram custodiamus dignitatē, ò fideles; alias ab omnibus nostris inimicis despersi erimus, & in derisum ipsis dæmonibus; Negligamus mundana,
87 & ipsum diabolum perturbemus, multa † arma, & scuta dedit nobis clementissimus Deus, vt pugnare possimus cōtra inimicos, & eos prosternere, & euertere, & inter alias, vt vidimus superius, aquam benedictam.

88 Quæ quidem aqua † sancta, & benedicta, alia est, quæ fit ad reconciliationem Ecclesiæ Pollutę sanguinis, vel seminis effusione, & hæc solum ab Episcopo benedicitur, & fit cum vino, & cinere, vt in *c. aqua, & c. propositsti de consecr. Eccl. vel al. Summ. Armill. sub tit. de aqua. Summ. Angelic. ibid. Summ. Syluestr. de aqua. bened. num.* 1. *Azor. inst. moral. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 15. *Barbos. coll. tom.* 1. *super* 3. *decretal. in c. aqua. de consecr. Eccles. num.* 2. *& de iure Eccles. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 65. *lib.* 3.

Alia est aqua benedicta, quæ ad aspergendum homines, & domos, ac ad expellendum dæmones; & hæc tantum à Sacerdote benedicitur, fitq. cum sale, & Diaconus minimè potest eam benedicere, *d. cap. aqua. Sum. Sylu. de aqua bened. nu.* 1. *Summa Armill. de aqua. Sum. Angel. ibid. Azor. inst. mor. d. cap.* 15. *tom.* 1. *lib.* 9. *Barbos. de iure Eccl. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 64. *Galganet. de iure pub. lib.* 3. *tit.* 65.

Immò nec ipse Presbyter dictam aquam posset
89 benedicere, si esset † Excommunicatus, aut suspensus alias efficeretur irregularis; & ratio est, quia benedictio aquæ est certi ordinis, quòd non est in mensæ benedictione, *Sum. Sylu. de Aqua bened. num.* 4. *Fum. Sum. Armil. de aqua.*

90 Hæc aqua † benedicitur diebus Dominicis antè Missam, *Fumus in Sum. Armil. de aqua Archid. super decr. p.* 3. *c. aquam de consecr. dist.* 3. *num.* 1. *Azor. inst.*

inst. moral. tom. 2. lib. 9. cap. 15. Ægid. Bellem. super 3. decret. in d. cap. aquam nu. 1. Viguer. instit. ad Christ. Theolog. §. 8. cap. 16. vers. 2. de aqua bened.

91 Et † Sacerdos aspergit se, Ministros, Altare, & Populum, *Bellarmin. disp. tom. 3. de Missa lib. 2. cap. 15. fol. 843. lit. A. Vigner. d. cap. 16.* ad memoriam aquę baptismalis ex dicto Ezechielis, qui prophetauit
92 dicens † effundam super vos, *&c. vt infra.*

93 Quæ aspersio † est quædam expiatio, & præparatio ad futurum sacrificium, *Bellarmin. d. cap. 15. loco citato.*

94 Altare † cur aspergatur, *Samarin. p. 1. in suo Thes. Sacerd. fol. mih. 177. à tergo*, respondet, aspergi altare ob reuerentiam Sacramenti, quod ibidem est conlecrandum.

95 In huius † aquæ benedictione quatuor sunt necessaria, videlicet, aqua, vinum, sal, & cinis, *c. proposuisti de consecr. Eccl. vel Alt.*

96 Hinc † lacrymarum effusio: per aquam significatur,
97 spiritualis † exultatio, per vinum.
98 Per † aquam dico humanitas, per vinum Deitas, per sal doctrina Diuinæ legis, eius confirmat memoriam Dominicæ Passionis.
99 Memorare † homo nouissima tua, & in æternum
100 non peccabis, memento homo, quia cinis † es, & in cinerem reuerteris, cinis est necessarius, pœniten-
101 tia scilicet, & humilitas; humiliate † capita vestra
102 Deo nostro, qui est misericors; Regem † habemus, qui surrexit de solio suo, & indutus est sacco, & sedit in cinere, vide multa penes, *Io. de Selua de benef. q. 5. par. 1. sub num. 132.*

103 Hinc, & *Dauid.* (ait) quia † cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu mi-
104 scebam; & Abraham loquens † ad Dominū inquit, cum sim puluis, & cinis, ad prædicta, *Samarin. p. 3. Thes. Sacerd. fol. mihi* 10.

105 Flagellantes † sic appellati, dixerunt aquam benedictam nil plus efficaciæ habere, & virtutis, quàm
106 non benedictam, & dicti † sunt flagellantes, qui tempore Gregorij X. Papæ in Italia, & Germania, & Gallia surrexerunt, euntes per Mundum per 40. annos, vel circa semetipsos flagellantes: flagella erant nodosa, & ibi erant inserti aculei; & dicebant isti miseri,
107 quòd † hæc flagellatio potius erat ad debellanda peccata, quàm quæcunq. confessio, immò præfere-
108 bant, vel comparabant ipsam martirio; quia † sponte sanguinem proprium fudebant, martyres autem coacti.

Et alij hoc errore decepti, submersi hodiè in Inferno patiuntur debitas pœnas, & de quibus meminit, *Alph. à Castro aduers. hæres. lib. 2. verbo aqua fol. mihi 65.* & esset hæresia hoc firmare.

109 Non sunt sine † effectu istæ benedictiones, nec esse opus Negromantiæ, vt falsò asserunt Lollardi, supponentes, quòd creaturæ per hoc honorentur, nec verum est aquæ benedictionem, vt ipsi Lollardi mentiuntur, esse demonum inuocationem, per id, quòd in libro numeri scribitur, cuius idem verba ponit, *Alph. f. l. 49.* de Zelotypia mariti aduersus vxorem.

110 Istam † aquam ideò constat habere virtutem per artem Diuinam, non diabolicam, per cuius aspersionem multa Deus operatur in nobis, vt petitur in eius benedictione, ibi optimè ad prędicta, *Galganet. de iure publ. lib. 3. tit. 65.*

111 Posuit diabolus hæc † in mente hæreticorum, quia, cum per infidelitatis errorem hac Christianæ Religionis armaturæ neglecta, quia impugnationis aggressus reprimitur, & arcetur, liberius eorum mentes dæmon ipse possideret, & habitaret, *Turrecremat. tom. 4. in c. aqua dist. 3. de consecr. num. 8.*

112 A qua † benedicta ponitur ad portam, vel propè portam Ecclesiæ, *Columb. in concio. Fer. 3. prima Dominica. tom. 2. fol. mihi 115. vers. summa purita*, & nō alia ratione quidem (ex eodem) nisi quia summa
113 puritas requiritur; ideò Christus volens † instituere Sacramentum Eucharistiæ, & illud dispensare, iussit Apostolis, quòd sequerentur hominem aquam portātem; occurret vobis homo lagenam aquę baiulans, sequimini eum.

Optimam rationem adducit, *Viguer. inst. ad Christ. Theol. §. 8. cap. 16. vers. 2. de aqua bened.* poni scilicet aquam ad portam Ecclesiæ, vt fideles ingredientes ad orādum, se disponant ad emundationem, quæ fit per contritionem, à distractionibus, insidijs, ac tentationibus dæmonum, fructum, & vtilitatem orationum impedientibus, liberentur.

114 Si aquæ benedictæ alia † aqua non benedicta addatur, etiam maioris quantitatis, tota fit benedicta, *S. Thom. in 4. dist. 12.* non tamen naturali virtute, sed ex ordinatione Ecclesiæ, vel approbatione, *Io. Herolt. serm. 110. Fum. in Sum. de aqua, Sum. Angelic. in verbo aqua. vers. vtrum aqua non sacrata Antonin. Sum. p. 3. tit. 12. cap. 10. §. 3. Sum. Syluestr. de aq. bened. num. 3.* qui tamen videtur ponere dubium, si maior aqua non benedicta addatur sanctæ, nam neutra esset sancta, alioquin mare totum esset aqua benedicta per mixtionem guttæ vnius benedictæ. *Tronam. Rosel. cas. verb. aqua fol. 33.* mihi placet opinio, quam sequitur, *Azor. inst. moral. tom. 2. cap. 15. lib. 9.* tota enim fit benedicta, si addita sit in minori quantitate, vel Paulatim augeatur aqua, exem-
115 plificando in animali animato, cuius † caro Paulatim augetur, & fit tota animata, ita liquor Sanctus, si Paulatim additione crescat, totus fit Sanctus; vide etiam *Albertc. in dict. verb. aqua fol. 23.* latè, *Turrecrem. in c. aqua dist. 3. tom. 4. de consecr. num. 9.*

116 Idem de † oleo consecrato dicitur *d. Herolt. serm. 110. Albertc. in dict. verbo aqua fol. 23.* secùs de vino
117 addito † sanguini Christi, quod tunc non conuertitur in sanguinem, immò si vinum additum excederet
118 sanguinem in quantitate † vt non remanerent accidentia illa prima, desineret ibi esse sanguis Christi, vt ibidem ponit *Fumus* non per corruptionem sanguinis, qui est incorruptibilis, sed accidentium; vide etiam *Sum. Angel. in verb. aqua in d. vers. Sum. Sylu. de aq. bened. sub num. 3. Tronam. Rosel. verb. aqua bened. fol. 33. Azor. inst. moral. tom. 2. cap. 15. lib. 9. vbi in fine*, dicit, vinum non esse amplius vinum, sed Christi sanguinem verum; benè verum est, quòd tunc sanguis vnum sit quantitate, sed non substantia.

119 Peregrini Simoniam † non committunt in itinere aqua benedicta aspersi, & inuitati ad sacras Imagines deosculandas, si quid offerant.

Non effugiunt tamen offerentes auaritiæ crimen, & si-

& simoniæ notam, si ob id ea offerant; secus si isti Re-
120 ligiosi † essent pauperes, & eleemosynam peterent,
& deinde prædicta præstarent officia, *Vgol. de Simon.*
tab. 1. cap. 9. §. 2. num. 8.

121 Nec Simonia † pariter committeretur (ex eodem
Vgol. d. §. 2. num. 9.) si aliquid daretur de more in
hebdomada sancta Sacerdotibus à Christi fidelibus.

122 Hinc non omitto, quòd † in aspersione aquæ be-
nedictæ, his tẽporibus hebdomadæ sanctæ, solent Pa-
rochi in domibus viciniæ sibi subiectis, mittere vnũ
Clericum, cum cista, gratia custodiendi oua, hac de
causa donata: mos quidem laudabilis, nedum ob
deuotionem, sed etiam ob vtilitatem, quam ipsi
Parochi percipiunt.

123 Non est Simonia † locare, seù vendere officium
portandi aquam benedictam per suam Parochiam, si
sit consuetudo; vndè *Henrich. Boich. super 5. decretal.*
in rub. ne prælati vices suas, &c. num. 11. dicit quòd
non est Simoniacum, si illud officium committatur
124 ad firmam, sicut † Ecclesiæ dantur ad firmam, aliàs
esset Simonia largè loquendo, vel saltem ad minus
esset turpe lucrum.

125 Valet præterea † aquæ benedictæ venditio sine Si-
moniæ periculo, si fiat respectù tantum materiæ, nẽpè
ipsius aquæ, vti aquæ, & sic partis temporalis, non
autem vti aquæ consecratæ, & benedictæ, *Vgol. de*
Simon. d. §. 2. cap. 10. sub num. 1. & 2.

126 Idem † dicimus de oleo, & chrismate; non enim
127 alienari possunt, prout nec † sal benedictum, idem
Vgol. d. §. 2. cap. 37.

Nam sunt Sacramentalia, & benedictiones istæ
spiritualia sunt, ab Ecclesia, auctoritate ipsi Diuinitus
tradita ad animarum salutem, instituta, *ibid. num.* 2.

Et hoc benè firmat, *S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2.*
in resp. ad primum arg. si enim quis emat aquam, &
sal, habito respectù ad ipsorum naturam, non autem
ad benedictionem, nullam committit Simoniam.
Vgol. qui supra eodem num. 2.

128 Aqua enim † in se non est quid spirituale, prout,
nec sal: cum autem verba legis non conueniant, certè
nec eius dispositio conuenire debebit, *vt ibi.*

129 Tempore interdicti † sanctæ functiones publicè
non possunt in Ecclesijs exerceri, vndè aquam bene-
130 dicens † tempore interdicti, Populum aspergendo
cum *vers.* Asperges, & in Missæ principio, vt solet fie-
ri diebus Dominicis, vt superius diximus, irregularis
est, *Sayr. in thes. cas. consc. de cens. lib. 5. cap. 14. num.*
26.

131 Sortilegium † hæreticale est, vti candela, seù aqua
benedicta ad inuenienda furta, vel ad sciendum se-
132 creta; non sunt enim miscenda † Sacramentalia in
133 sortilegijs, & idem dicimus de miscente reliquas †
in sortilegijs, agnus Dei, vel alias res ritu Ecclesiasti-
co benedictas; isti enim debent, & possunt interro-
134 gari † ab Inquisitoribus quid sentiant, nam si credi-
derint prædicta liberum arbitrium hominis co-
135 gere posse, de † hæresi suspecti sunt, immò verè hære-
136 tici sunt reputandi, vnde examinari † debent, &
137 torqueri, etiam, si non fateantur, de vehementi †
abiurare, ex qua quidem sola mixtura sacrarum rerũ
138 in maleficijs, hæretici † sunt, hæreticorumq. pœnas
incurrunt, si crediderint in his sacris inesse virtutem
ad ipsorum nefandos effectus explendos; secus autẽ
si non crediderint, nam erit solum horrendum, &
139 mortale † peccatum sine hæresi, *Farin. de hæresi, post*
alios ibi allegatos q. 181. num. 22.

140 Solet prætereà aliquos retrahere à bonis operibus
aliquãdo mala vita Sacerdotũ (Væ illis in die vltimo,
141 & finali) sed decipiuntur, nam † mala vita Sacerdo-
tis non facit aquam prophanam, & adulteram, super
quam nomen Domini inuocatur, etiam si illud
inuocetur à profanis, & adulteris; quia nec ipsa
creatura, nec ipsum nomen adulterum est, *Paul. (ex*
tex. ibi alleg. in cap. non est, de cons. dist. 3.) de visit. q.
142 *8. p. 2. num.* 40. prout † nec imperitia, quia verba
exorcizationis per imperitiam prolata, aquæ sancti-
ficationem non impediunt, ibidem, *per c. si non sancti-*
ficatur, eadem dist.

143 Fons aquæ † benedictæ debet teneri mundus à Pa-
rocho, & custode; aliàs Episcopus in visitationibus
debet tales corrigere, & emendare, *Rota coram Pen-*
144 *nia decis. 344. num.* 24. vbi concluditur, Episcopos †
antecessores in visitatione, singulis annis facta cor-
rexisse, & emendasse creditur similes Parochos, ita
delinquentes; vt euitetur delicti antiqui noua cor-
rectio, & pœna, *ibid. num.* 25. quæ præsumptio est
optima, nam creditur eos fecisse, quæ ad eorum per-
tinent pastorale officium.

Hinc in Consilio Nanuecensi fuit statutum omni-
145 bus diebus Dominicis quemlibet Præsbiterum † in
sua Ecclesia ante Missarum solemnia, facere aquam
benedictam in vase nitido, & tanto mysterio conue-
nienti, & de eadem aqua aspergere Populum intran-
tem Ecclesiam, *Ægid. Bellem. in c. aquam dist. 3. de*
consecr. sub num. 1.

146 Episcopus, quando † Ecclesiam ingreditur, prima
illius Ecclesiæ Dignitas debet eidem ingredienti mi-
nistrare aquam benedictam, & Crucem offerre, etiã
si processio non ad illam Ecclesiam, sed ad aliam di-
rigatur.

147 Prout, quando † ipse Parochialem Ecclesiam in-
greditur, nam hæc debent illi à digniore illius Eccle-
siæ ministrari, etiam si Canonici fuerint præsentes,
Sacr. Congreg. Rit. in Calaguritana 1. Iunij 1601. Barbos.
decis. Apost. collect. 253. num. 8.

148 Differt hæc aqua † benedicta, ab illa baptismi
in hoc, quod illa baptismi gratiam infundit, secus
aqua benedicta, circa quam de Deo confidendum
est (vt dicit *Alphons. de Castro contra hæres. lib. 2. de*
aqua) quòd dabit id, quòd postulatur; postulamus
149 autem † sic (idem ibi) virtutem suæ benedictionis
infunde, vt quicquid in domibus fidelium, vel locis
hæc vnda resperserit, careat omni immunditia, libe-
retur à noxa; non illic resideat spiritus pestilens, non
aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis
inimici, &c.

De aqua Baptismi, & consecrationis.

Cap. IV.

APertissimè etiam hæc aquæ nobilitas, & dignitas omnibus manifestatur ex eo, quòd Dominus noster Iesus Christus voluit eam inseruire pro materia Baptismi.

Remoramini pristinos dies, ait, *Paul. Heb.* 10. in quibus illuminati magnũ certamen sustinuistis, Passionum tempus nimirum, quo baptizati erant, significans.

1 Illuminantur igitur corda † nostra fide, quàm in
2 baptismo profitemur, quòd est Sacramentum † regenerationis per aquam in verbo, & omnium Sacramẽ
3 torum primũ locum tenet baptismus, † cum sit vitæ spiritualis ianua, & per ipsum membra Christi, & de corpore Ecclesiæ efficimur, *Bust. mox allegandus*, & hoc ablutione conficitur; ideò meritò à magistro
4 sententiarũ dicitur, quòd † sit ablutio corporis exterior facta, sub forma verborum præscripta; essentialiter enim Baptismus est ipsa ablutio, quia ad ablutionẽ interiorem causandam, institutus est, *Bust. Theol. & Phil. q. de Sacram. bapt. & eius inst.*
5 Estq. † necessarium, ad consequendam vitam æternã,
6 vt Saluator dixit; Nisi quis renatus † fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.
7 Christus imperat † Sacramentis, non autem baptis-
8 mati suo seruit, ideò bene dicitur, vox Domini † super aquas, Spiritus Domini super aquas, & simil. & non subtus aquas, vt *Petrus Chrysolog. serm.* 160. *num.* 9.
9 Aqua istat in baptismate, est Sacramentum, est signũ, est sigillum, initi inter Deum, & hominem Baptizatũ noui fœderis, *Martin. del Rio disq. magic. lib.* 4. *q.* 5. *sect.* 1.
10 Hoc † Sacramentum, ex *Concil. Flor. sub Eug.* 4. celebrato (prout alia omnia) tribus perficitur, rebus nempè tanquam materia, verbis, tanquam forma, & Ministri persona Sacramentum conferentis, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, & sine istis tribus Sacramentum non perficitur.
11 In hoc baptismo multa † considerantur.
12 Primò materia †, seù elementum Sacramenti, nempè omnis aqua naturalis, siue maris, siue putei, siue fontis, siue fluuij, siue paludis.
13 Secundò forma, † que est, Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen, *D. Thom.* 3. *p. q.* 66. *art.* 5. *ad* 7.
14 Tertiò modus † baptizandi, nempè quando aqua infunditur in baptizandos, vel aspersione aquæ, vel quando in aquam merguntur.

Antiquitùs ablutio in corpore fiebat per modum immersionis, hodiè autem fit per modum effusionis, iuxta illud, *Ezech. cap.* 26.

Et talis effusio debet fieri in capite.

15 Quartò Minister † Sacramenti debet esse Sacerdos, & præsbiter, *c. constat. de consecr. dist.* 4. *Isid. de off. lib.* 2. *cap.* 24. & regulariter, est Episcopus, Curatus seù Parochus, *Bust. d. Sacram. bapt. Ministro.*
16 Nisi † in casu necessitatis, nam tunc possunt etiam baptizare Hæretici, infideles, Iudæi, Laici, & fœminæ, si tamen habeant propositum efficiendi id, quod Ecclesia Catholica in eo genere administrationis efficit, *Nauar. tom.* 1. *lib.* 3. *cons.* 4. *de baptism. nu.* 3. & 7.

Fœmina tamen, & laicus, immò nec Clericus possunt baptizare coram Sacerdote, & ad prædicta videantur, *tex. in dist.* 4. *de consecrat. c. in necessitate c. mulier c. Romanus c. si inter, & c. siue Hæreticus*; aliàs *dicit. Lezan. Sum. tom.* 3. *verbo baptismus, num.* 2. quodãmodo dicerentur vsurpare eiusdem Sacerdotis officium: vbi datur ordo, si tamen seruari potest, nempè post Sacerdotem Diaconus, post Diaconum, Subdiaconus, & post Subdiaconum, Clericus, post Clericũ homo, & post virum, fœmina: non est tamen peccatum interuertere hunc ordinem, si adsit aliqua causa rationabilis, vt ibi.

17 Concurrunt † etiam patrini, qui olim susceptores, sponsores, seù fideiussores vocabantur; & isti tenentur curam habere istorum baptizatorum, & admoneantur secundum August. vt charitatem teneant, iustitiam diligant, castitatẽ custodiant, symbolumq. & Dominicam orationem, decalogum, & alia rudimenta Religionis Christianæ, eos doceant.

Non accipiantur, nisi duo, vel vnus tantum, & ad summum, iuxta, *Concil. Trid.* vnus, & vna, qui tamen non sint infideles, Hæretici, seu Iudæi; at in casu necessitatis non est necesse adhibere patrinum, sed tãtum pro baptismo solemni, *Lezan. loc. cit. nu.* 3.

18 Aduertatur etiam, quòd † Religiosi non possunt esse patrini, nec leuare aliquem de fonte, *Lezan. Sum. loco citato num.* 1. exceptis tamen Episcopis, & Cardinalibus, vt ibi.

19 Nec possunt baptizare, nisi † in casu necessitatis, & de licẽtia Parochi, nisi tamen, & ipsi haberent beneficium curatum, nam tunc solemniter possunt baptizare, *ibid. d. nu.* 1. *cap. doctos* 16. *q.* 1. Hinc dicit ipse
20 prohibitio † habendi baptisteria in Monasterijs, non estenditur ad Monasterium curam animarum habens.

21 Casus † necessitatis est, quando baptizandus est in mortis articulo, & non adest Parochus, *ibid.* 1. 2.

22 Si autem (dicit ipse, *ibi num.* 4.) baptizatus † superuixerit, debent in Ecclesia cæremoniæ suppleri, ex *c.* 1. *de Sacram. non iterand.*

23 Quintò. Ante baptismum † Sacerdos exquirit, quid ipsi petant ab Ecclesia, & alia seruat, prout in Rituario ad hoc destinato, ad quòd me remitto, tàm respectu ipsius baptismi, quàm post baptismum.

24 Sextò, finis † baptizãdi, qui si cessat, potest dubitari, an quis sit verè baptizatus.

Vndè ad cautelam, & sub conditione posset talis iterum baptizari.

Ille autem saluaretur, si crederet verè fuisse bapti-
25 zatum, cum nos non simus cordium scrutatores, sed Deus; videri potest, *cap. Apostolica. de presb. non baptiz.*
26 Septimo fides, quæ † anima est baptismi, *ex Paul.*
27 hinc, qui generatur ex fonte, ex fide viuit; & † moritur, quicunq. fuerit sine fide, *Petr. Chrysolog. serm.* 83. *num.* 9.
28 In baptismo aqua † tantum elementaris, pura, fluida, & naturalis est materia eiusdem baptismi, *Petrus de*

de Aquil. in 4. lib. sentent. dist. 3. q. 3. in primo quæsito
fol. mihi 396. Becan. Theol. Schol. de Sacram. in specie
cap. 8. q. 2. Rubeus in 4. sent. dist. 3. fol. mihi 26. col.
2. lit. B. vers. aqua duplex. Berarduc. Sum. Coron. confess.
p. 4. de Sacram. Bapt. cap. 2. de mat. Bapt. Barbos. de
offic. Parochi p. 2. cap. 18. sub num. 43. & in coll. concil.
Trid. sess. 7. de Bapt. num. 3. Homob. cons. cas. cons.
tom. 2. p. 5. resp. 3. Butius Theol. & Phil. q. de Sacram.
Bapt. & eiusdem inst. Et hoc ad excludendum omnia,
(vt ipsæ, *Berard. loco cit. ait*) mista humida, & flui-
29 da, vt sunt † vinum, oleum, lac, vrina, & similia; veni-
30 unt tamen † aquæ sulphureę, maris, fluuiorum, sta-
gnorum, & simil. ibidem *Berard. & Barbos. de off.*
Parochi d. cap. 18. num. 43. & Butius alleg. loco: aliàs
(vt omnes tenent) sacerdos alia aqua, seu liquore
vtens, peccaret lethaliter.
31 Naturalem aquam diximus; quia † est frigida ad
reprimendum fomitis, & concupiscentiæ feruorem;
32 *Ricard. in 4. sent. dist. 3. art. 3. q. 1.* item † humida,
ad flectendum rigorem inobedientiæ, & representat
purgationem à sordibus; *Præpos. caus. 1. q. 1. in cap.*
33 *detrahe 55. p. 2. super decret.* item est perspicua † ad
illustrandam aciem intelligentiæ, & tandem com-
34 munis † est omnibus diuitibus, & pauperibus, ne
possint se propter inopiam excusare, vt dicit, *Petrus*
ab Aquil. in 4. sent. dist. 3. q. 3. prima conclus. aliqua
ponit, *Rub. in 4. sent. dist. 3. fol. mihi 26. & 27.*

Puram diximus debere esse Baptismi aquam, quia
35 † impura apta non est, si talis sit, quòd non rema-
neat fluxilis, & liquida, vt aqua lutosa, arenosa, &
terrea, vel quia mixtus sit aliquis humor aquam alte-
rans, & superans, vt aquam ad suam conuertat natu-
ram, vt si vinum apponatur, vel aliud simile; secus si
parum apponatur, prout respectu qualitatis, vt putà
per odorem, saporem, colorem, vel quia salsæ amaræ,
&c. quandoquidem ista aqua erit sufficiens materia
Baptismi, cum sint alterationes (ait, *Berarduc. loc.*
cit.) quæ fiunt circa qualitates tantum, non circa sub-
stantiam.
36 Impuram † pariter aquam fieri (dicit idem *Be-*
rarduc. ibi) per incorporeitatem, & mistionem, nam
tertium generatur, per quod aqua trahitur in aliam
speciem, vt in hidiomelle, quod componitur ex aqua,
37 & mello, & in ceruisa †, quæ fit ex aqua, & grano sal-
so, quod fit ex aqua, & igne, hocq. etiam potest ex-
tendi ad decoctiones, in quibus mixta imposita in-
38 corporantur, & consumuntur, & trahunt † aquam
in aliam speciem, nam tunc baptismus fieri non po-
test.

Hinc *Petrus de Aquil. in 4. sent. dist. 3. q. 3 concl. 3.*
39 dicit quòd † aquæ, quæ variant speciem aquæ natu-
ralis, non sunt materia baptismi, & quidem cum
fiant per actionem ignis decoquentis, qui non vide-
tur esse sufficiens in virtute actiua, ad conuertendum
quæcunq. in aquam naturalem, non videntur posse
admitti, nec permitti.

Tollit omne dubium, *Sacrum Concilium Tridenti-*
40 *num sess. 7. de Bapt. can. 2.* in illis verbis, *si quis dixerit †*
aquam veram, & naturalem, non esse de necessitate Ba-
ptismi, atq. ideò illa verba D. N. I. Christi, nisi quis re-
natus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, ad metaphoram
aliquam detorserit, anathema sit.

Super qua conuenientia, *Rubeus* latè scripsit, *in 4.*
sent. d. dist. 3. loco citato; extendens hanc veritatem
41 præcipuè, ex eò quòd † aqua est de sui proprietate
liquida, vt purget sordes corporis, ita, & Baptismus
42 † purgat animam ab omnibus sordibus peccatorum
quorumcunq. vt in adultis.
43 Et sicut aqua † facit fecunditatem, in quantum
terram inebriat, & germinare facit, ita Baptismus fa-
44 cit, vt † homo fructus dignos vita æterna producat,
& ipsum reuiuiscere facit.
45 Aqua † refrigerat carnem, & gratia Baptismalis
46 concupiscentiæ † ardorem.
47 Et sicut aqua † resocillat corpora nostra, ita gra-
48 tia, quæ per Baptismum datur † resocillat animam.
49 Aqua † sua diaphaneitate est luminis susceptiua,
& hoc conuenit huic Sacramento fidei, per quod il-
luminamur.
50 Vinum non † est sufficiens materia Baptismi, licèt
sit magis abstersiuum putredinis, quam aqua, & ma-
gis generatiuum spirituum, & clarificatiuum, vt *Ric-*
cardus, optimè explicans quæstionem, *in lib. 4. sent.*
51 *dist. 3. art. 3. q. 1. in conclus.* dicens, quòd aqua † est
magis representatiua effectuum Baptismi ratione na
52 turæ, & ratione vsus, quàm vinum; nam † per eius
humiditatem, & frigiditatem habet significata supra
descripta, quæ non sunt in vino, cum enim dicitur.
Ego te baptizo manifestatur, quòd nō vino, sed aqua
53 † vtimur in baptismo ad significandum emundatio-
nem spiritualem.
54 Nec † fit Sacramentum aqua verbo coniuncta, sed
ipsa lotio hominis, quæ ex aqua iunctis verbis fit, est
55 Sacramentum baptismi, in aqua † non perficitur
sanctificatio, sed est ibi quædam sanctificationis vir-
tus instrumentalis, non permanens, sed fluens in ho-
mine, qui est veræ sanctificationis subiectum. Ideò
Sacramentum non perficitur in ipsa aqua, sed in ap-
plicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio, ibi-
dem *Prap.*
56 Ad vsum dixi, quia hæc aqua respectu vsus, † est vti-
lis, & per hoc representare dicitur Sacramentum Ba-
ptismi esse in effectu valdè vtile, & aqua ista magis
57 quam vinum est facilis † ad habendum, ratione cu-
ius representat Sacramentum Baptismi, quantùm
ad obseruantiam facile.

Aqua ideò est conueniens materia Baptismi, idē
sentit, *Rub. in 4. sentent loco cit.*

Ideò Christus hoc Baptismi Sacramētum in aqua
tantum instituit, rationibus prædictis nedum, sed
58 etiam † quia erat consuetudo hominibus aqua la-
uari, & oleo vngi, coniugauit ideò, & aquam, & gra-
tiam Spiritus Sancti, & fecit illud regenerationis la-
uacrum.
59 Optimè igitur Christus D. N. dixit, *Nisi † quis re-*
natus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non saluabitur,
quæ quidem verba intelliguntur (dicit, *Petrus Lom-*
bardus 4. sent. dist. 4. lit. E) ex ea generatione, quæ
60 † fit per aquam, & Spiritum Sanctū, & hęc regenera-
tio, non tantum fit per aquam, sed per sanguinem, &
pœnitentiam, ipsiusq. sanctificatio, non modo per
aquam datur, sed per sanguinem, & pœnitentiam
interiùs.

Explicat etiam illa verba, nisi quis renatus fuerit,
&c.

&c. *Bellarmin. disp. contra haeres. tom. 3. lib. 2. de Sacram. in gen. cap. 3. fol. mihi 116.* nempè ex aqua ,
61 idest ex Spiritu Sancto, qui † instar aquæ mundat; &
62 hæc verba sunt intelligenda de Baptismo † contra Caluinum, Zuninglium, & Bucerum.

Continuando materiam, notandum est etiã quòd
63 aquę † artificiales excluduntur, & non sunt sufficiens materia Baptismi, *Berarduc. Summ. corona confess. p. 4. de Sacram. Bapt. cap. 2. de mat. Bapt. Lipom. Episcopus, de Sacram. Bapt. cap. 5. contra haeret. Becan. Theol. Schol. de Sacram. in specie cap. 8. q. 2. Rub. in 4. sent. dist. 3. fol. mihi 27. Barbos. de offic. Parochi p. 2. cap. 18. num. 43.*
64 Aqua enim, quæ † fit ab arte non est eiusdem speciei, cum aqua naturali, nec dicatur, aquam artificia-
65 lem aliqua habere † accidentia, cum aqua naturali; quia (vt dicit *Petrus de Aquil. in 4. sent. dist. 3. q. 3. concl. 3.*) habet etiam dissimilia aliqua à tota specie.
66 Nõ est præterea † aqua rosacea materia sufficiens Baptismi. *Berarduc. d. cap. 2. de mat. baptismi. Sot. in 4. sent. dist. 3. art. 4.* præcipuè in *4. & 5. argum. Becan. Theol. Schol. de Sacram.* in specie *cap. 8. q. 2. Barbos. de offic. Parochi, part. 2. cap. 18. num. 43.*
67 Non † aquæ chimicæ, *Sot. in 4. sent. d. art. 4.*
68 Non aqua † ceruisia, & ptisana, *Sot. in 4. sent. d. art. 4. Barbos. d. cap. 18. num. 13.*
69 Nec herbæ, quæ † per lambicum extrahuntur, & distillantur, *Berarduc. d. cap. 2. de mat. Bapt.*

Sunt enim aquæ potabiles, & species diuersæ ab aqua, *Sot. in 4. sent. d. art. 4.*
70 Nonq. aquę † distillatę ex pane cocto calido, ignis officio, idem, *Sot. in 4. sent. d. art. 4.*
71 Non † vrina, *Barbos. de pot. Parochi d. cap. 18. num. 43.*
72 Nonq. tandem † lachrymę sunt sufficiens materia Baptismi, *Sot. in 4. sent. d. art. 4.* multa *Beccan. qui supra,* circa dictas aquas insufficientes, ponit ad propositum huius materiæ, addo *Barbos. d. cap. 18. num. 43.*

Diana tamen, *p. 5. tract. 3. de casib. occur. temp. mortis resol. 2. cum seqq.* videtur tenere, quem in casu
73 periculi mortis posse in dubio, † cum aqua rosacea, & mixtis, ac cum succo herbarum baptizari, sed sub conditione concludit, qui si non moritur, venit rebaptizandus, non contradico tanto viro, quia in dubio semper pars est eligenda, quæ animæ, & saluti fauet, secus, si essemus in claris, aquam scilicet illam non esse naturalem, sed alium liquorem penitus ab aqua diuersum.
74 De lixiuio autem, & iusculo, an scilicet sint † sufficiens materia Baptismi, videtur ex mente, *Berarducij in d. p. 4. de Sacr. Bapt.* hanc quæstionem perti-
75 nere ad Philosophos, & Medicos, qui † scire debent, quænam alteratio mutet aquam à sua natura, quàm ad Theologum; tamen circa hanc praxim concludit, quòd si concoctio iusculi non sit tanta, que partes rei coctæ consumet, & in corporet, tunc posset cum iusculo fieri Baptismus, quia adhuc aqua remanet, *Becan. Theol. schol. de Sacr. in specie q. 2. Berarduc. d. p. 4.*
76 *loc. cit.* vbi fit admonitio Baptizantibus, quòd † non vtantur dictis aquis, nam grauiter peccarent, hoc enim solùm fit in casu maximè, & absolutè necessitatis, casu quo aqua pura non reperiretur; Immò
77 † aqua prædicta naturalis deberet esse consecrata, nisi tamen in dicto casu necessitatis, *Lipom. Episc. de Sacram. Bapt. cap. 5. contra haeret.*
78 Quæ quidem † consecratio est vna ex cæremonijs, que cõmittãtur Baptismum, *Bellarmin. de Sacr. Bapt. lib. 1. cap. 26. fol. 296. lit. D. tom. 3. disp.*
79 Ad cognoscendum autem, an aqua † iusculi sit in aliam speciem mutata, *Berard.* qui supra *loc. cit.* dicit, an sit congelata, inspiciendum esse, vt in iusculo carnium videmus, & leguminum.

Secus autem est in his, quæ non habent tantam concoctionem, vt in iusculo herbarum, & similium, quod non congelatur, sed aqua remanet in sua natura.

Idem erit in lixiuio simpliciter transeunte per cineres, vel cum modica concotione, vel in aqua tran-
80 seunte per mineras sulphureas, in † quibus fit alteratio in qualitate, non in substantia, *Beccan. loc. cit. eadem q. 2.*

Præterea idem, *Berarduc. Summ. cor. d. quarta parte*
81 negat † aptã esse ad Baptismum aquã congelatam, vt nix, grando, aut glacies, non enim perficeretur baptismus per eorum contactus, nisi prius ista iterum in aquam conuerterentur, seu resoluerentur *Diana*
82 tamen in articulo mortis dicit, posse † moribundum baptizari cum vna gutta, nam moribundo debet dari remedium, eò modo, quo potest, si alia maior aquæ quantitas non adesset.
83 Idem esset in spongia; † si ea tangeretur in capite, & aqua reperiretur in foraminibus spongiæ, prout
84 etiam respectu panni † in aqua madefacti, nam certè non perficeretur, nec fieret Baptismus, nisi exprimerentur, *ibidem.*
85 Hæc Baptismi † materia duplex est, alia remota, & alia proxima, & propinqua: remota est ipsa aqua, proxima autem est ablutio. *Beccan. Theol. Schol. de Sacram. in spec. cap. 8. q. 2. Barbos. de offic. Paroch. p. 2. cap. 18. nu. 43. & 44.* quæ scilicet successiuo contactu contingit corpus.
86 O ablutio sacra? sicuti enim † aqua sordes abluit, sitim extinguit, imaginem reddit, ita gratia Spiritus Sancti in Baptismate sordes peccatorum abluit, & sitim animę verbo Dei restinguit, *Lodulph. de Saxon. in vitam Christi p. 1. cap. 21. fol. 74. lit. D.*
87 Simoniam † committit, qui malo ministro petenti pecuniam pro baptismo, eam hac de causa soluit;
88 non enim † sunt facienda mala, vt eueniant bona, *c. non est putandum, cum seqq. allegat.* per infrascriptis *Prapos. Vgol. de Simon. tab. 1. cap. 7. num. 4.* nam si iste capere possit, & scite, contritio sufficit, ac fides ad salutem, si tamen aliquem alium non habeat, qui ba-
89 ptizet, cum non † liceat seipsum baptizare, alias nullum tunc esset Sacramentum, eò quòd sicuti in generatione corporali, alius est generans, & alius, qui generatur, ita, & in regeneratione spirituali, quæ est Baptismus, *Prapos. super Decret. par. 2. caus. 1. q. 1. cap. neq. 37. num. 3.* qui dicit non esse allegandum exemplum Innocentij III. de quodam Iudæo, qui seipsum baptizauit, quòd si continuò decessisset, ad patriam euolasset, nam hoc intelligẽdum (ait *Prapos.*) non virtute Sacramenti, quod fuit nullum, sed propter

pter fidem, & deuotionem, quàm habuit, cum maxi-
mè se periculo mortis exposuerit, quando inter Iu-
deos existens, seipsum baptizauit.

Si autem paruulus esset, qui baptizandus esset, &
tunc ab ipso offerente baptizandus est, reuenite ma-
lo, & interessato Ministro, vel est reseruandus, quouf-
que inueniatur Minister, qui puerum velit gratis ba-
ptizare, nisi tamen necessitas aliud suadeat, *Prepos.
ibid. num.* 4.

Cautelam dat *Vgol. de Simonia, d. tab.* 1. *cap.* 6.
90 *num.* 4. nempè quòd † si infans sit in periculo mor-
tis, & non inueniatur Minister, qui eum baptizare ve-
lit, det pecuniam, non vt baptismum emat, sed vt ille
inducatur ad baptismum conferendum, ne puer sine
baptismo moriatur, vel emat aquam, vt aquam, non
vti consecratam, *ibidem, & Prepos. loc. citato num.* 5.
videatur etiam Durand. in 4. *sent. lib.* 4. *dist.* 50. *quaest.*
2. *num.* 10. *fol. mihi* 303. *à tergo*.

Varia circa dictam Baptismi aquam.

91 DEus noster Omnipotens in creatione † tantum
aquatilibus, & volatilibus benedixit, quia hæc
animalia ex aquis prouenientia, quibus Spiritus San-
ctus insidebat, significant regeneratos aquis baptis-
92 mi, soli † enim Baptizati benedictionem merentur,
non alijs non Baptizati, *Haye arb. vita conc. tom.* 1. *p.*
1. *in Genes. cap.* 1. *vers.* 22. *conc.* 571.

Vel ex eodem ibi, *conc.* 574. Serpens inter anima-
lia reptilia erat, cui Deus postea propter malitiam
maledicturus erat, & ideò, nec alijs benedixit pro-
pter vnius mali futuri, nempè serpentis societatem,
93 *vt Gloss. ordin. ibi*, forte animalibus † sextæ diei non
benedixit, quia inter ea erat serpens, cui post paulu-
lùm erat ipse maledicturus.

94 O quã malũ est † habere socium peruersum, qui sua
malitia alteri socio nocet; immò illi semper infectus,
& molestus est, donec tandem ipsum ad sordes, &
peccata trahat.

95 Sola item † terra maledicitur (ibi maledicta terra
in opere tuo) non aqua, & benè, nam homo de fru-
ctu terræ comedit contra Dei præceptum, non de
aquis bibit, idem *Haye ibi vers.* 17. *conc.* 527. *&* 532.

96 Mysticè autem aquis † dicimus non maledixisse,
quia sacrum Baptisma, quo peccata diluenda erant,
repræsentabat; vndè *Albinus in Gen.* Terræ, non
aquis maledicitur, quia in aquis erat peccatum ab-
luendum de fructu terræ contractum.

Trugill. tom. 2. *Thes. conc. fer.* 3. *post Pasch. fol. mihi*
106. *vers. quare Deus*, hæc optimè comprobat, &
ostendit, dicens. Deus non maledixit aquis, quia
Adam contra Dei præceptum non bibit aquam, sed
de fructu terræ comedit. Item quia per aquas Deus
parauerat diluuere maledictionem, quod in diluuio
est factum, & nunc per Baptismum indulgetur; nam
in aqua, & spiritu cuncta humana corporalia crimi-
na simul, & spiritualia purgantur. Non subijciuntur
aquatilia maledictioni, ideò cum Christus resurgen-
do deposuerat hoc maledictum humanæ mortis, non
terrestrium post resurrectionem, sed aquatilium car-
nem animalium comedebat, manducasse enim legi-
tur, partem piscis, & fauum mellis.

97 Baptizato Iesu †, & de aqua confestim ascito, Cęli
ei aperti sunt, & vidit spiritum Dei descendentem
sicut Columbam, & venientem super se.

Vnquàm enim Deus per triginta annos, quos in
Mundo vixerat, Cœlum hominibus ostendit, nec Spi-
ritum Sanctum ad uos volantem, nisi tactis aquis
Baptismi.

Ecce quòd Spiritus Sanctus recognoscit suam pri-
stinam sedem, aduolat requieturus in illa.

98 Conuertatur peccator, † & pænitens se se Deo si-
stat, & inueniet omnia cęlestia prompta, & aperta;
ploret, ploret, & Spiritus Sanctus volabit ad lachry-
mas, & ad plorantem, *Haye arb. vit. conc. p.* 1. *tom.*
1. *vers.* 2. *conc.* 189. super illis verbis Spiritus Domi-
ni ferebatur, &c.

99 In Baptismo † consideratur motio aquæ simplici-
ter, & motio artificiosa.

100 Prima † à quocumque efficitur.

Secunda, qua concurrit aqua ad causandam gra-
tiam, ex Dei actione, & institutione, & ex intentione
Ministri Ecclesiastici. *Medin. in tertiam D. Tho-
mæ partem q.* 39. *art.* 2. *vers. secundo obseruandum
fol. mihi* 459. *col.* 1. vbi datur exemplum de Cithara,
101 cuius † fides si moueantur à non musico, sonabunt
tantum, si verò moueantur à musico, efficient non
solum sonum, sed sonum musicum, qui est effectus
proprius artis musicæ.

102 Aqua † lateris Christi, & illius fluxus non fuit cau-
sa virtutis Baptismi, sed signum, quod virtutem habe-
bat à fide Passionis illius, de cuius latere fluebat, *Ric-
card. in* 4. *sent. lib.* 4. *dist.* 3. *art.* 5. *q.* 2. *in concl. vers.
ad argumentum.*

103 Et hæc aqua † fuit vera naturalis, & pura non phle-
gmatica, *Sot. in* 4. *sent. dist.* 3. *art.* 4. *fol. mihi* 200.
*vers. fuit ergo, & vers. hic autem. Paleot. ad stigm. Chri-
sti cap.* 20. *de vuln. later. Christi cap.* 20. *fol. mihi* 264.

104 An quia (dicit ipse) hoc fuit, vt † mulieribus præ-
gnantibus accidere sæpè cognoscimus, vt ex ęstuanti
desiderio, quo aliquid esculentum, vel osculentum
repetunt, eius intra se rei formam concipiant, atq. in
fœtum notas imprimant; ita Christus ex feruenti an-
helitu, quo siti ardens aquam cupiebat, eandem in-
tra se aquam induxerit? An vt ostenderet post mor-
tem suam, vbi verus esset puteus aquarum viuentiũ,
ne duo mala faceret Populus eius, Christũ scil. dereli-
querent, fontem aquæ viuæ, & effoderent sibi cister-
nas dissipatas, continere non valentes aquas? An
tandem, vt passionis suæ effusum felicius iudicaret,
qui magis aqua, & sanguine sumus, quàm solo sangui-
ne demonstratur?

Huius Paleoti Principis Ecclesiastici dicta aliqua
pia referam circa fluxionem aquæ, & sanguinis præ-
dictam, & nempè loco citato *fol.* 275. *col.* 1. vbi aliã
105 rationem ponit, quia nempè ad compositionem †
humani corporis 4. Elementa cõcurrunt, terra, aqua,
aer, & ignis; & ita ad vegetationem corporis qua-
106 tuor similes humores cõcurrunt, sanguis, phlegma,
colera, & malencholia; ideò *Euang. & Apost. Io.*
volens hanc ostendere veritatem, vnum ex illis, &
vnum ex his expressit, ex illis aquam, ex his sangui-
nem, quę magis mysterio congruebant; circa quæ ne-
cessaria elementa, & humores ad corporis compo-
sitio-

fitionem, & vegetationem, dixi alio in loco.

Fol. verò 273. ait, quòd hæc aqua fuit miraculosa
107 nam, vt S. *Thom. lect.* 5. *in c.*9.*Io.* valdè † miraculosum est, quòd de corpore mortui, in quo est congelatus sanguis, sanguis exeat, & hoc est contra naturam mortuorum, contra quos, si quis millies, insurgẽdo, eos pupugerit, non exibit sanguis.

Fol. 272. quòd vera aqua effluxerit, dicit ille, qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, item nos baptizamur aqua, non phlegmate, item in calice non phlegma, sed veram aquam ponimus; Item hæc aqua lateris fuit figurata in illa petra, quam percussit Moyses, quæ vetas aquas, non phlegma profudit, & ex *Io.* habemus, tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis.

108 *Fol. verò* 275. *col.* 1. dicit tãdem, quòd Pater, † & filius vnum dicuntur, quia vnius naturæ, & substantiæ sunt,
109 & spiritum, † aquam, & sanguinem dici vnum, quia vnicam componunt naturam; Spiritus enim, quem
110 inclinato capite tradidit Christus, & † aqua, & sanguis, vnum sunt, quia, hæc omnia naturam humanam Christi componunt, & ideò testimonium dant, quia veritatem assumptæ humanitatis ostendunt.

111 Circa aquam lateris Christi † quomodo nempè in pectore Christi vera aqua reperiri potuerit, hæc ipse Paleotus ponit, quòd nempè, cum hæc quæstio fidem non tangat, dubium est primò, an aqua illa à Deo creata fuerit, secundo, an ex magnitudine doloris aqua fuerit resoluta, vt ex Innoc. III. quod credit probabile, *Paleot. d. cap.* 10. *fol.* 273. *col.* 1. at secun-
112 dum affirmatiuè dicit probabilius, ex † reuelatione facta B. Brigittæ, ex magnitudine (ait) & acerbitate doloris cor Christi scissum esse, & crepuisse (& alibi) me autem in tali dolore stante, & in tali ve perdurante, tandem cor crepuit pre violentia passionis. Pauci cogitant, quam dolorosus starem in ligno Crucis, quando cor meum crepuit. Et quidem hunc secũdum modũ dicimus probabiliorem reiecta altera opinione, eorum qui dixerunt aquam extra Christi corpus fuisse à Deo creatam, & longè minus eorum, qui malè scripserunt in vnoquoq. moriente, anima recedente, ex phlegmate aquam generari, eò quia vera hæc aqua fuit; & fortius hoc firmatur, quia in acerbitate tanta dolorum Christi, qua cor illius crepuit, tanta humorum potuit fieri resolutio, vt in elementa immediatè conuersa sint, ibiq. aqua congenita; vndè Sotus, & Benzonius dicunt, quòd si hæc aqua dicatur ex resolutione ibi fuisse, efficacius probabitur veritas aquæ corporis Christi naturalis.

O quàm benè de hoc scripsit idem Paleotus, circa stigmata Christi, lector hæc lege apud eum, attente considera, & medita, nam amore capieris diuino;
113 stigmatum † Christi deuotus inter ipsa commorabitur absq. periculo, & ibi anima eius in morte sepelictur.

114 Exiuit sanguis, † & aqua: Sanguis tanquam pretium, aqua tanquam Sacramentum: Sanguis, vt nos redimeret, aqua, vt nos lauaret, & regeneraret.

Sed Sanguis est ille, qui aquæ tantum dat virtutem, & hic est, qui habet virtutem stringendi, & iungendi Ecclesiam, nempè sponsam, & animam cum Christo, quæ iam erat segregata ob peccatum.

115 In aqua Baptismi † non est aliqua virtus inhærens, sed sola virtus diuina assistens; ex vi Spiritus Sancti, *Bellarmin. disp. tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *fol. mihi* 122. *lit. B. cum seqq. Durand. in* 4. *lib. sent. dist.* 1. *q.* 4. *num.* 27.
116 *fol.* 290. *lib.* 4. Nec † ex tactu corporis Christi, quando ipse fuit Baptizatus, aliqua vis fuit data aquis. Vndè benè Christus dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto nõ potest intrare in Regnum Dei; nam fecit primò mentionem simplicem de aqua, & sic de Sacramento Baptismi, postea totam efficaciam attribuit Spiritui Sancto, *ibid. num.* 8.

117 Et virtus † istius aquæ tanta est, ex eodẽ *Bellarmin. lib.* 1. *tom.* 3. *cap.* 20. *de Sacr. in Gen. fol.* 64. *lit. C. D.* quòd dum corpus tangit, cor abluit, sed in verbo nempè, ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, non quia dicitur, sed quia creditur, idest non quatenus auribus sentitur, sed quatenus fide percipitur.

118 Aquæ † Baptismales, & pænitentiæ Mistæ cum sanguine Christi, & illius sacrati corporis, habent vim purgandi animas ab omni peccato, & sordibus, vt ex
119 dicto *Ezech.* effundam † super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.
120 Et licèt aqua † sit vilis, labilis, & corruptibilis, virtute tamen præclara verbi diuini efficitur Sacramẽtum Baptismale, & lauat, ac mundat animas ab iniquitatibus.

Hinc optimè facit ad nostrum propositum, id quòd ponit, *Haye arb. vit. conc. in Genes. p.* 1. *tom.* 1. *cap.* 1. *vers.* 2. *conc.* 188. Quòd scilicèt in creatione
121 creaturæ, & aquæ fit mentio, simulq. † incipiunt creatura, & lauacra; Et benè in exordio creaturæ Baptismi figura signatur, per quòd habuit creatura mundari, *Bellarmin. disp. tom.* 3. *lib.* 2. *contra hæres. cap.* 4. *fol.* 119. *col.* 1. 6.

122 Baptismus in † actione propriè consistit, & aqua
123 vti rès permanens, non dicitur † Sacramentum Baptismi, sed ablutio, quæ est actio. Vndè Baptizare
124 non est † aquam conseruare, sed hominem abluere: Sacramenta enim non nascuntur, vt aqua, quæ fuit olim à Deo creata; Nec ipsa fit per mysticam pre-
125 cem, prout Sacramenta fiunt; & benedictio, † quæ fit ipsius aquæ, non facit illam esse Baptismum, seù Sacramentum Baptismi, cum non sit de essentia Sa-
126 cramenti, potest enim † ex aqua fluminis, seù maris quis Baptizari; esto, quòd aqua non benediceretur, ita *Bellarmin. disp. adu. hæres. de Sacram. Euch. lib.* 4. *cap.* 3. *fol. mihi* 595. *tom.* 3.

127 Diximus superius Baptismi † aquam lauare, mundare, & lucidam animam reddere, hocq. fuit comprobatum multis rationibus, & fundamentis; restat modo, vt aliud addatur non ingratum circa materiã nostram, & est, quòd erat mos in Ecclesia Mediola-
128 nensi post Baptismum, vt nempè † Episcopus, & presbyteri lauarent pedes Baptizatorum; & ea qnidem ratione hoc faciebant, quia Adam (*Barad. in Euang. tom.* 4. *lib.* 2. *de ablut. Ped. cap.* 4. *fol.* 44. *vers. ex duo*) supplantatus est à diabolo, & venenum est ei super
129 pedes affixum, ideò lauat † pedes, vt in ea parte, in qua insidiatus est serpens, maius subsidiũ sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit, & qui-

130 & quidem nonne Petrus, cui † Christus lauit pe-
des erat mundus; sed plantam lauare debebat; re-
mãsit enim primi hominis ex successione peccatum,
& hæc aqua, seù ablutio pedum, non fuit Sacramen-
131 tum remissionis, sed † exemplum humilitatis.
132 Christus voluit † Baptizari, vt tactu suæ mundis-
simæ carnis, daret aquis vim mundandi; ideò non re-
presentando solum obiectum more concionis ope-
rantur sacramenta, sed verè efficiendo: Nam, vt di-
cit, *Bellarmin. de eff. Sacram. lib. 2. cap. 8.* alioqui non
eguissent Christi meritis, nec eis vllam virtutem Chri-
stus dedisset, *Barbos. de off. Paroch. p. 2. cap. 18.*
133 Item non † eguit Christus efficacia Baptismi Io-
ãnnis, Agnus ille innocentissimus; qui tollit peccata
134 mundi. Et columba, quæ † apparuit, Christi In-
nocentiam, & puritatem significauit, & quòd ipse
aquas purgaret, & per aquas, & spiritum homines re-
generaret, *Bellarmin. qui supra lib. 1. de Sacr. Bapt. cap.
21. fol. 283. lit. D.*
Berardus summa corona cap. 2. de immersione, in vlt.
135 *quæsito p. 4. de Sacram. Bapt.* dubium proponit, an †
puer nondum Baptizatus, si mori incipiat, possit,
stante penuria aquæ eum in puteum, vel flumen deij-
cere, dicendo, ego te Baptizo, &c.
Et verè, benèq. concluditur, puerum minimè Ba-
136 ptizari, immò talem deijcientem esse † homicidã,
cum hæc immersio non sit, sed summersio, & suffo-
catio.
Posset quidem talis per funem, vel pannum in flu-
men, & puteum dimittere, & de illo aquam exprime-
re, vel illum ligare, & aquæ immergere, dicendo for-
mam, & deinde emergere, *Dian. p. 5. tract. 3. resol. 14.*
137 Quæ immersio † est necessaria, contra ea, quæ di-
138 cit *Panorm.* cum eleuatio à fonte † significet Chri-
sti resurrectionem à mortuis, dicente Paulo, conse-
139 pulti † sumus cum Christo, in mortem eius.
Item Berardus loco cit. q. 4. dicit, quòd aqua, quæ
effunditur, vel aspergitur, dũ celebratur Baptismus,
debet esse tanta, quæ sufficiat, siuè parua, siuè multa,
140 vndè si quis † aspergeretur cum tribus, vel qua-
tuor guttis aquæ, non esset Sacramentum, quia tam
exigua aqua non iudicaretur ablutio.
141 Et hæc aqua † debet carnes tangere, aliàs frustra
contenderetur, vti hoc esset Sacramentum.
Diana autem, p. 5. tract. 3. resol. 14. supra alleg. di-
142 cit, moribundum † posse cum vnã gutta Baptizari,
si alior maior non possit haberi, vt detur illud reme-
143 dium, eò modo, quo potest; abundans † enim cau-
tela non nocet.
144 Aquæ Baptismi † similis est ille, qui multa docet,
sed pauca præstat; videmus enim, quòd aqua ista
145 aperit † viam Paradisi Baptizatis; ipsa autem in
sordibus remanet; Paulus quàm benè loquitur, *cor.*
146 9. castigo † corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne
fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar: il-
la enim verba fecerit, & docuerit, simul debent pro-
147 cedere. Bonorum igitur † operum (*ait Petrus Bes-
seus tom. 1. concept. Theolog. in festo Sancti Marcelli
Episcopi, fol. mihi 127. vers. Episcopus*) exercitium vna
cum doctrina, & prædicatione necessariũ est. Infini-
148 ti reperiuntur mundani, qui † dicunt, sed non fa-
ciunt. Quid statis tota die otiosi? Isti sunt parati,
solum malè loqui de his, qui typis opera committunt,
illi autem nil, immò impiè agunt, & otiosam vitam
ducunt, non fallit, qui non agit; ad alia, quia de otio
multa videbis in alijs meis tract.
149 Aqua † Baptismi liberat etiam, & sanat corpora-
les infirmitates, vt de aqua benedicta, idem fuisse, di-
ximus superius; quapropter rectè, & iustè ad Deum
150 clamare possumus, mirabilis est, † & mirabilia
opera tua; non est similis tui in dijs Domine, non
est secundum opera tua, *Bellarmin. disp. contr. hæres.
tom. 3. de extrem. vnct. lib. 1. cap. 6. fol. mihi 1261.
lit. B.*
151 Institutus fuit † Baptismus, ex *D. Thom. dist. 4. art.
5. q. 2. quæstionis primæ*, quantum ad naturam in
Christi Baptismo, qui tunc aquis vim regeneratiuã
152 contulit; tunc enim ex *Bust. ibi* forma † fuit figu-
rata per trium personarum præsentiam in signo vi-
sibili, quia pater in voce apparuit, filius in carne, &
153 Spiritus Sanctus in Columba; & † tunc virtutem ac-
cepit Baptismus.
154 Salus item ibi fuit † publicata, non amplius ban-
niti, & exules, sed ciues Paradisi nos fuimus effecti ex
aqua, & Spiritu Sancto renati, Cœli enim aperti sunt,
155 & per † Christi passionem Baptismus efficatiam ha-
buit.
156 Vsus Baptismi † fuit inchoatus, & eius diuulgatio,
quando Christus dedit discipulis prædicationem, &
eos misit per vniuersum Mundum ad Baptizandum;
euntes docete omnes gentes, Baptizantes eos in No-
mine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & multa alia
congerit Bustus, qui omnino videatur.
257 Purgatur à dæmone † veniens ad Baptismum, per
exorcismos, & manus impositionem, quæ fit à Sa-
cerdote, mediante potestate sibi tradita, vndè ante
Baptismum fit, quia aures tunc aperiuntur, vt talis fi-
dei possit capere auditum, & ad salutem, prosequen-
te Domino, peruenire, vbi autem, *Petr. Chrysol. serm.*
158 *52. num. 8.* Imperio † Christi fugatus est diabolus,
patescunt clausa, vincula soluuntur, sermo redditur,
auditus redit, homo reparatur, & solus diabolus de-
flet se diuturna possessione detrusum.
159 Est grauis dubitatio, an † Baptizatus aqua rosa-
cea, seù simili liquore reprobato factus postea Sacer-
dos, & curatus animarum, dicatur validè ad ordines
assumptus, validèq. Sacramenta administrauerit, &
verè Christi Corpus confecerit.
Ego dico, quòd sublato Baptismi fundamento,
160 qui † ianua est aliorum Sacramentorũ, necessariaq.
dispositio ad alia Sacramenta, tàm suscipienda, quàm
ministranda, omnia corruunt.
Supposito enim non Baptismo, clara est conse-
quentia; nec argumentis possumus intricare Euan-
gelicam, & Concilij Trid. veritatem, & quis diceret
contrarium anathema esset; nisi enim quis renatus
fuerit ex aqua (nempè naturali, vt probauimus) &
Spiritu Sancto, non potest introire regnum Dei. Si
161 tamen crederet talis sacerdos verè fuisse Baptiza-
tum, duo fauorabilia orirentur, vnum indubitatum,
162 nempè, quòd † cum triplex sit Baptismus, fluminis
nempè, flaminis, & sanguinis, & ipse decederet, inui-
sibili Baptismo flaminis posset dici Baptizatus, & sic
capax æternæ salutis per solã fidẽ Ecclesiæ, & Christi
confessionem.

Alterum probabile, nempè piè posse credi ex sen-
163 tentia aliquorum, Christum † Summum Sacerdo-
tem, quo ad effectus Sacramentorum, suppleuisse, ex
allegatis per *Homob, consul. cas. consc, tom. 2, p. 5.
resp. 3.* & circa alia vide etiam, *resp. 4.*

Non ingrata est questio illa, an Diaconus in absen-
tia, vel ex Parochi infirmitate, possit aquam Baptis-
mi benedicere, & cum superpelliceo, & stola Baptis-
mum administrare.

164 Iam diximus, ad † Sacerdotem spectare istud mi-
nisterium Baptizandi; & posse Diaconum in casu ne-
cessitat{e}s Baptizare, non tamen hoc procedere pos-
set modo supra expresso, nam Diaconus tunc exer-
ceret actum sibi non competētem, & esset irregularis
ex *c. 1. extr. de cler. non ordin. ministr.*

Nec eodem modo potest Diaconus solemniter ex
officio in Ecclesia fontem benedicere, quia aquę be-
nedictio, & illius exorcismus ad solū ordinem sacer-
dotalē spectat, *Homobon. consul. vol. 2. p. 4. resp. 149.*

165 Potest † tamen Episcopus, vel eius Vicarius su-
per dicta irregularitate dispensare, si talis irregulari-
tas est occulta, vel si publicè hoc actum sit, delictum
tamen non sit publicum, vt quia astantes ignorarent
benedicentem fuisse Diaconum, vt ibi; videatur etiā
*Nauar. tom. 2. lib. 5. cons. 10. num. 2. qui alibi de cleric.
ordin, eodem lib. 5. cons. 3. num. 1.* dicit Dictum Dia-
166 conum † in foro conscientię non esse irregularem,
si hæc egit non tanquam Sacerdos, sed bona fide.

Figuræ Baptismi.

O Aquæ nobilissimæ, per quas nobis representantur
tot mirabilia, totq. figuræ,

167 In Sacra Genesi dicitur † Spiritus Domini fereba-
tur super aquas, & quidem figura Baptismi hæc fuit,
nam ferebatur Spiritus Sanctus super aquas, vt illas
fæcundas redderet; in Baptismo autem, quę fæcun-
ditas? vltra quod hoc fuit conueniens, nā inde erant
procreandi pisces, & aues; & more Gallinę nidum
suum fouentis, & oua calore animantis, *Bellarm. disp.
contra heres, tom. 3. lib. 2. cap. 4. fol. mihi 149.*

168 Hinc solet dici in completorio, custodi † nos Do-
mine vt pupillam oculi; sub vmbra alarum tuarum
protege nos.

Hanc figuram etiam describit, *Haye arb, vit. con-
cio. in Genes. p. 1. tom. 1. vers. 2. conc. 173.* super illis
verbis, Spiritus Domini ferebatur super aquas; dicit
169 enim ex hoc apparere, quòd aqua † sedes est Spi-
ritus Sancti, quia Sacramentum baptismatis iam ab
initio figurabat, Spiritus enim Dei super aquas fere-
batur.

Circa quod dictum Genesis *Io. de Selua de benefic.
170 q. 5. par. 1. sub num, 132.* ait, quòd Spiritus † Do-
mini ferebatur super aquas; ad demonstrandum,
quod in Sacramento Baptismi, nec aquę sine Spiritu,
nec Spiritus est siuè aquis.

171 Figura etiam Baptismi † fuit transitus filiorum
Israel per Iordanem ad terram promissionis, duce
Iosue (*vt cap. 4. Iosue*) in fine cuius capituli sunt at-
tente legenda verba illa.

Quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos, atq.
dicetis. Per arentem alueum transiuit Israel Iorda-
nem istum, siccante Domino Deo nostro aquas eius
in conspectu nostro, donec transiretis: sicut fecerat
prius in mari rubro, quod siccauit, donec trāsiremus,
vt discant omnes terrarum Populi, fortissimam Do-
mini manum, vt & vos timeatis Dominum Deum
vestrum omni tempore.

O Christiane, fuisti ne baptizatus? per alueum trā-
172 sijsti, & sine macula, time † Deum tuum omni tem-
173 pore, vos, vos, ò Sacerdotes Dei † docete gentes
174 verbis, & exemplo hanc veritatem: nam qui † fece-
rit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cœ-
lorum.

Hanc figuram Baptismi describit, *Bellarmin. disp.
contra heres, tom. 3. lib. 2. cap. 4.* vndè ad propositum
dicitur, ipse præibit in Spiritu, & virtute Eliæ, & Psal-
mista, & tu Iordanis conuersus est retrorsum, neq.
(dicit ibi *Bellarmin.*) vllus dixerit, per aquas Iorda-
nis non transijsse filios Israel, ad terram promissionis,
sed obsignatam promissionem transeundi.

175 Per † aquam Syloë aliam figuram notamus, quan-
do scilicèt Christus (*Io. 9.*) cæcum natum illuminauit.

176 Cæci sunt † ob peccatum Adę viuentes, à natiuita-
te, sed post Baptismum; Abijt ergo, & lauit, & venit
videns,

177 O increduli hæretici, qui † vestris sophisticationi-
bus, veritatem inuoluere curatis, non obumbrabitis
hanc lucem, & vos, qui eos sequimini, ite ite ad cęcos
illuminatos per hanc aquam, & vobis dicent, abij, &
laui, & vidi, ipsos interrogate adultos, quanta fecerit
Deus eorum animabus, accedite ad eum, & illumi-
namini, & facies vestræ non confundentur; & tu Do-
mine illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mor-
tis sedent.

Hanc figuram ponit, *Bellarmin, disp. contra heres.
tom. 3. lib. 2. cap. 4.*

178 Per aquas † diluuij (*Genes. 7.*) alia nobis datur
179 Baptismi figura; solum enim fuerunt saluati, qui †
180 ascenderunt arcam, vndè nec saluabuntur, nisi † illi,
qui renati fuerint ex aqua, & Spiritu Sācto, ex hac di-
co aqua Baptismi Sacrosancta, per quā nobis aditus
ad Cœlum aperitur; Deo gratias reddamus, quòd
nos Christianos in arca cum Noë reposuit, & sal-
uauit.

At illi post beneficium acceptum, terga vertere
non erubuerunt.

Hanc figuram ponit, *Bellarmin. disp. tom. 3. lib. 2.
cap. 4.*

181 Figura † etiam Baptismi est illa probatica pisci-
na, in quam, qui descendebat, sanus fiebat à quacunq.
infirmitate, ita Baptismus; sed post recuperatam sa-
nitatem, post Baptismum, recordare, ò Christiane,
182 quòd sanus factus es, iam dicit tibi Christus ecce †
sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid
tibi contingat.

Et hanc figuram manifestissimam dicit, *Bellarmin.
disp. contra heres. tom. 3. lib. 2. cap. 4.* & ab omnibus
ferè patribus celebratam, & quidem Deus voluit va-
rijs figuris demonstrare Baptismi efficaciam, ne in-
credibilis videretur, & sanè ex Chrysost. nisi res esset
præstantior fuisset figura, re ipsa figurata.

183 Fuit † etiam figura Baptismi lustrationis aqua
(*Numeri 19.*) quę admixtam habebat cinerem vaccæ
ruffæ,

ruffæ, vndè textus ibi dicit, si quis hoc ritu non fuerit
expiatus, peribit anima illius, & nos de Baptismo
pariter, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu
Sancto, non saluabitur.

Bellarmin. super hac figura disp. contra heref. tom. 3.
lib. 2. cap. 4. notat ibi adesse cinerem vaccæ ruffæ,
aquam, & hysopum, quo aspergebantur, & hæc qui-
184 dem cinis aquæ † ruffæ, repręsentat Christum mor-
tuum, & eius mortis merita, aqua verò Baptismum;
185 hyssopus † humilis radices habens in petra, signifi-
186 cat fidem, sine † qua Baptismus Adultis non datur,
& si datur non prodest, vnde *David. Psal.* 50. Asper-
ges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me,
& super niuem dealbabor, *Turrecrem. in c. aqua de*
consecr. dist. 3.

187 Circuncisio (*Genes.* 17.) fuit † figura Baptismi, de
qua Paulus *Colos.* circuncisi estis circuncisione non
manufacta, in expoliatione corporis carnis,
sed circuncisione Christi consepulti ei in Baptis-
mo; seruate pactum, dum Deus dicit ibi in textu, &
statuam pactū meum inter me, & te, & tu ergo custo-
dies pactum meum, benedicam ei, & augebo, &
multiplicabo eum valdè.

188 Recordare ergo, quid † promittis in Baptismo,
quod si seruabis, habebis benedictionem, & in æter-
num viues, sin minus habebis maledictionem, & eris
sepultus inter mortuos Inferni, de quibus dicitur, im-
189 piorum transitum mortem, non vitam esse; mors †
190 malis, vita bonis; nec resurgent † impij in Iudicio;
hanc ponit figuram, *Bellarmin. disp. contra heref. tom.*
3. lib. 2. cap. 4.

191 Christus † promisit Samaritanæ aquam viuam, sed
192 quæ est aqua viua, nisi † aqua Baptismi, quę viua est,
quia viuificat, scaturit, mouetur, in Cœlum salit, *Bar-*
rad. in Euang. tom. 2. lib. 4. cap. 9. de colloq. Christi
cum Samarit. fol. 281. *col.* 1. *lit. A.*

Alia Baptismi figura legitur in Sacris Regum pa-
193 ginis 5. 4. de Naaman † Syro à lepra curato Iorda-
nis aquæ lauacro; qui postquam descendisset lauit
septies iuxta sermonem viri Dei, sed quid euenit? &
restituta (dicit textus) est caro eius, sicut caro paruu-
194 li, & mundatus est, cum † enim quis est Baptizatus
efficitur caro eius munda, vt caro paruuli; vnde
195 Christus sæpè dicebat, sinite † paruulos venire ad
me, & nisi efficiamini sicut paruuli isti, non intrabitis
in regnum Cœlorum.

196 Quisq; igitur, qui aquam † habuit Baptismalem,
faciat, vt Naaman, qui stans ex corde ait; Verè scio,
quòd non sit alius † Deus in vniuersa terra, nisi tan-
tum in Israel.

197 Tu homo veluti † sus manducas glandes; sed
quercum, quæ cibum tibi præstat, nunquam respicis
eidem gratias reddendo tanti beneficij, vndè merere-
ris fame perire, & quòd ante porcos margaritæ non
ponerentur.

198 Post Baptismum quilibet Margaritarius † euadit,
199 quęramus ergo bonas margaritas, tanquam † opti-
mi negotiatores, non abscondamus pecuniam Do-
mini nostri, vt possimus in mortis articulo dicere
Creatori nostro, brachijs apertis, animam nostram
expectanti, Domine quinque talenta tradidisti mihi;
ecce alia quinque superlucratus sum; & audire illam
dulcissimam Redemptoris vocem possimus; Euge
serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis,
intra in gaudium Domini tui.

Figuram prædictam scripsit *Bellarmin. disp. tom.* 3.
contra heref. lib. 2. cap. 4. fol. 120. *de Sacr.* & certè
(dicit ipse) aqua Iordanis verè curauit Syrum illum
non fuit sigillum promissionis.

200 Homo † aquā baiulans, hominem significat Bapti-
zatum; Baptizatus namq. homo, Baptismi aquam
201 portat, cum sine ea † non potest ad illam augustis-
simam cęnam quis accedere, *Barrad. in Euang. tom.*
4. de cænaculo lib. 1. *cap.* 15.

202 Sepultura † triduana Domini, trina demersione
figuratur in Baptismo: vndè *Paul.* 1. *cor.* 15. an ne-
scitis, quia quicunq. in Christo Iesu Baptizati sumus,
203 in morte ipsius Baptizati sumus? consepulti † enim
sumus illi per Baptismum in mortem; *Petr. Chrysol.*
serm. 113. *num.* 8.

204 Prodigus † filius rediens, est figura Baptizati
hominis, *Petr. Chrysol. serm.* 137. *num.* 7. Redeunti
enim filio stolam priscam immortalitatis reddit pa-
ter; annulum libertatis imponit: occidit vitulum
saginatum: aquas pænitentiæ gratiæ in vinum con-
uertit, vt conuiuium gratiæ, iam pocula mera satia-
rent, quatenus conscientiæ dolores, pœnitentiæ ge-
mitus, peccatorum lamenta, sobria Dominici calicis
205 aboleret ebrietas; Vndè *David. Psal.* 22. & † calix
meus inebrians, quàm præclarus est.

206 Mare † etiam rubrum, vbi fuerunt submersi Ægi-
ptij (*exod.* 14.) fuit figura Baptismi.

O viuentes Christiani, & si ob peccatum Adæ ho-
diè morti estis, & Regno Cœlorum priuati, nolite
timere, state, & magnalia Dei videte, quę facturus est
hodiè:

207 Ægiptios (idest peccata) enim † quos nunc vide-
tis, nequaquam vltra videbitis vsq. in sempiternum.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis:
& ecce respiciens Dominus super castra Ægiptio-
rum per columnam ignis, & nubis, interfecit exerci-
tum eorum, & subuertit rotas curruum, ferrebāturq.
in profundum, & fugientibus Ægiptijs, occurrerunt
aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.
Reuersæ sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites
cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi
fuerant mare.

208 Sed quid euenit † de peccatis post Baptismum? se-
quitur textus; Nec vnus quidem superfuit ex eis.

Vndè Bellarm. disp. contr. heref. tom. 3. lib. 2. cap.
209 *4.* circa hunc textum Bibliæ dicit; quòd sicuti †
submersit mare Ægiptios, & liberauit Israelitas; Ita
Baptismus delet peccata, & saluat animas, & nubes
obumbrans; de qua ait Paulus, omnes in Moyse Ba-
ptizati sunt in nube, & in mari, fuit figura Spiritus
Sancti.

Nos ideò liberati à peccato, & saluati per aquam
Baptismi à sordibus, & spurcitijs, quæ omnia in mari
submersa sunt, annihilata, & penitus destructa, cāte-
mus Domino; vt fecerunt Moyses; & filij Israel, &
dicamus; Cantemus Domino gloriosè, &c.

210 Cur † inuenit Patriarcha vxorem Rachel sibi futu-
ram vxorem circa aquas? cur Rebecca, quæ iungen-
da erat Isaac ad puteum inuenitur? cur Sephora,

quæ Moysi iuncta est in puteo inuenitur?
D. Augustinus quæstionem resoluit; dicens; ideò
ad fontes, vel ad puteos inueniunt matrimonium,
quia Christus ad aquam Baptismi inuentus erat Ec-
clesiam, *Haye arb. vita conc. tom. 2. in Genes. cap. 29.*
vers. 11. conc. 53.

Aqua in calice à Sacerdote miscenda.

IN consecratione etiam facienda, aquam ponendam
in calice præcepit Ecclesia, quasi quòd oriretur
incongruitas, si in calice ista aqua non apponeretur
cum vino; ò aqua mirabilis.
211 Quòd † autem aqua vino sit miscenda in calice de
congruitate, licet non de necessitate, vide *Bellarmin.*
disp. tom. 3. de Sacram. Euch. lib. 4. cap. 10. Riccard.
in 4. sent. lib. 4. dist. 11. art. 3. q. 1. vers. ad primum
in concl. & prius Durand. ibi eodem lib. & dist. q. 5. num.
4. fol. ibi in 4. sent. dist. 9. q. 1. art. 6. vers. secundo, &
etiam in 2. concl.
Dixi de congruitate, quia licet non legatur, Chri-
212 stum † vino aquam apposuisse, est tamen verisi-
mile, & probabile, ipsum ita fecisse, quia erat mos in
illis regionibus, quòd qui bibebant, aquam vino mi-
scebant, & fortè multi solam aquam bibebant, & de
hoc more aliqui attestantur; nec resistit nostræ intē-
tioni dicere, hoc in vita Christi non legi, quia, vt
213 *Durandus ait 4. sent. d. q. 5. num. 9.* multa fecit †
Christus, quæ non sunt expresse scripta in Euangelio.
214 Si ergo ita † Christus fecit, aquam vino miscendo,
illum debemus sequi; & imitari, *Berarduc. sum. corona*
p. 4. c. 4. de Sacram. Euch. n. 21. vers. hanc autē allegati.
Riccard. qui supra loco citato, *eadem q. 1.* & alij supra
215 Conuenit enim † significationi misterij hæc aqua,
nam cum in calice vino miscetur, Christo Populus
adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, co-
pulatur, & iungitur, signanter per fidem, & dignam
Sacramenti susceptionem, *c. cum omne, de consecr. dist.*
2. Sot. loc. supra cit. art. 6. Sum. Cor. d. cap. 4. num. 21.
vers. habet.
Item, quia talis est, semperq; fuit consuetudinis
obseruantia, & præcepti Ecclesiastici, & misterij si-
gnificatio, omnes enim Patres, & vltimo loco *Sacrum*
Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 7. dicunt: aquæ
216 † appositionem esse Ecclesiæ præceptum, non
autem de essentia Sacramenti, ideò qui in Calicem
217 aquam non apponeret, † licet peccaret mortaliter,
consecraret tamen. Antiquitus, qui non apponebat
aquam in calice, suspendebatur ab offitio, donec ad
plenum corrigeretur, *c. cum omne, in fi. de consecr. dist.*
2. Per nouum autem ius, si ex aperta malitia, aut ni-
mia negligentia, id commitatur, priuatur beneficio,
& suspenditur *per c. litteras, de celebrat. miss. & Sum.*
Corona loco citato. Homob. consul. cas. consc. tom. 2. p.
3. resp. 69. vers. est autem.
Præterea multum facit exemplum Petri Primi Pō-
tificis, qui fuit præsens cænæ, & dictæ institutioni; ser-
uauit enim semper hunc ordinem, & ritum, & Eccle-
siæ tradidit, vt dicti doctores firmant.
218 Item quia † ex Christi latere emanauit, & exiuit
sanguis, & aqua vera, *Sum. Coron. d. cap. 4. num. 21.*
vers. habet, & alij etiam allegati.

Bellarminus tom. 3. de eff. sacr. lib. 2. cap. 27. fol.
185. lit. A. B. explicat illa verba, exiuit sanguis, &
aqua hoc modo, nēpè, quòd per hæc duo Baptisma-
ta significantur, vnum in sanguine, idest martirium;
aliud in aqua.
Per sanguinem, idest redemptionis pretium.
Per aquam verò, Baptismum.
Tandem, vt diximus superius, non solum in illa re-
gione, verum etiam, & in propria terra, in qua Chri-
stus hoc Sacramentum instituit, erat hominibus tem-
peratis consuetudo, apponere aquam vino propter
potentiam, & fortitudinem vini, *Sum. Coron. d. cap.*
4. de Sacr. Euch. num. 21.
Et licet hæc sit bona congruitas, attamen secunda
aptior est hac prima, nempè vt *Duran. loc. alleg. num.*
219 5. quòd effectus huius Sacramenti † sit vnio Popu-
li Christiani cum Christo, quod fit per mixturam
220 aquæ cum vino. Et ista † aqua signo Crucis bene-
dicitur, quia omnia, quæ applicantur materiæ huius
221 Sacramenti, sunt benedicta, sicuti † calix patena,
corporalia, manus Sacerdotis, &c.
222 Sed quid, si Sacerdos videret in dolio, aquam fuis-
se positam, an adhuc teneretur aquam apponere in
calice?
Affirmatiuè respondetur, nam licet vinum in do-
lio habeat aquam commixtam, adhuc tamen Sacerdos
modicum aquæ ponere debet; ista tamen aquæ po-
sitio differt à positione aquæ, quam fecit Christus.
Prout etiam non licet Sacerdoti apponere aquam
in calice, ratione temperantiæ, sed ratione dictæ con-
gruitatis, cum aliàs, si hoc verum esset, sufficeret solū
ponere aquam in vino forti, non autem debili, quod
falsissimum est.
223 Ista enim † mixtura representat Christi Passionē,
Sum. Coron. d. cap. 4. num. 21. vers. habet. Immò cum
diximus, hanc mixturam significare vnionem Popu-
li Christiani ad Christum caput Ecclesiæ, cuius
224 membra sumus, certè, si † Sacerdos tantum vinum
offerret, Sanguis Christi inciperet esse sine nobis, hoc
est nobis, quasi non profuisset, *vt ex d. cap. 4. sub*
eodem vers. habet.
Dixi sine Christo, scilicet mystico, quod est Eccle-
sia, *ibidem, & Alph. à Castro aduersus heres. lib. 6. in 7.*
heres.
225 Aduertatur etiam, quòd non debet † vino misceri
liquor, qui eiusdem vini qualitates destruat; quo in
casu consideratur, an maior pars quantitatis sit mi-
scibilium, ita vt tertia natura fiat, nam tunc non fit
consecratio, *Sum. Cor. d. cap. 4.*
226 Tandem alia aqua † in calice apponi non potest à
Sacerdote, nisi vera, & naturalis, aliàs ipse peccaret
mortaliter, vt dicit, *Sot. d. art. 6. q. 1. dist. 9. in 4. sent.*
propter allegatam significationem, quia de latere
227 † Christi non fluxit, nisi vera aqua, non autem hu-
mor Phlegmaticus.
228 Prout nec panis posset ex aqua artificiali confici,
nempè ex succo herbarū, ex *Palud.* quem allegat ibi
idem *Sot. vers. Caietanus,* qui tenuit contrarium, aliàs
non esset consecrabilis, & hæc est opinio magis tuta,
secundum eum.
229 Item aqua in calice † non debet poni in quantita-
te maiori, quàm in vino fit: Ideò multum reprehensi-
biles

biles sunt (vt dicit *Ricard. in 4. sent. lib. 4. dist. 11.*
230 *art. 3. q. 2.*) qui plus † de aqua ponunt, quam de
vino; *Duran. d. loco q. 5. num. 6.* qui ait, eos peccare,
si scienter hoc faciunt; immò committere immane
231 Sacrilegium, & plebem seducunt, quæ adorat †
quicquid substantiæ sub illis accidentibus reconditur: Escusarentur tamen ab Idolatria, *Berarduc. in Sum. Cor. cap. 4. p. 4. num. 23. & 24.*
232 Hinc, ex dicto *Ricardo loco citato*, aqua † in consecratione non conuertitur in sanguinem, nisi prius conuertatur in vinum; Cauti ideò fiant Sacerdotes, vt de aqua apponant in tali proportione, quod probabiliter, antequam vinum consecretur, possit in vinum conuerti, & quòd aqua possit trahi ad naturam vini,
233 Populus † enim est ad Christũ trahendus; *Ambros. Erem. in suo Quadrag. serm. 57. fol. mihi 407.*
234 Non est tamen aqua † de necessitate Sacramenti, vt superius diximus, sed de necessitate ministri, qui vehementer est corripiendus, & grauiter, si conficiat
235 sine aqua; Non † per hoc tamen irritũ fit Sacramẽtum, cum, vt dicit idem, *Ricard. supra allegatus q. 4. in concl. & Carrar. Siren. comp. Theol. lib. 4. cap. 39. de*
236 *vino*, sine cuiuscunque aquæ † appositione vinum consecratum conuertitur in sanguinem, nam Christus aquã apposuit in Calice, non de necessitate Sacramẽti, sed de congruitate, quia hoc Sacramentum (ex *Durand. d. dist. 11. q. 5. num. 7.*) consistit in consecratione materiæ, & non in eius vsu, ideòq. significatio, quæ pertinet ad eius vsum, non est intrinseca Sacramento, nec est per consequens de necessitate Sa-
237 cramenti; Vndè Græci † aquam non apponunt, & tamen verè conficiunt.

Nec prędictis resistit id, quòd posset allegari, nempè, quòd de latere Christi duo precipuè fluxerunt Sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, vt refert, *Maccagn. de Azzoguid. de com. op. lib. 1. cap. 8. num. 34.*

Nam respondetur, illam opinionem esse probabiliorem eorum, qui asseruerunt aquàm cum vino in sanguinem transmutari, & *num. 35. Berarduc. Sum. Coron. d. cap. 4. nu. 23.* vt expressius luceat proprietas Sacramenti, nempè, non quòd ambo transeant in sanguinem, sed aqua prius conuertatur in vinum; vinum enim sua potentia, & virtute aquàm sibi incorporat, & conuertit; deinde vinum consecratione mediante in sanguinem, ad significandum quòd, sicut
238 † aqua conuertitur in vinum, ita Populus Christo incorporatur, *vt ibi Berard.*
239 Hinc rectè faciunt Patres Dominicani, † & Cistercienses circa diuina perfectè eruditi, dum hæc aquæ mixtio ab ipsis fit ante introitum missæ, vt tempus suppetat aquæ in vinum conuertendæ, *Sot. in 4. sent. dist. 9. q. 2. art. 1. sub vers. tertia in fine.*
240 Vndè si appareat plus iusto † aquæ effusum, deberet calix effundi, & iterum vinum, cum pauciori aqua infundi.
241 Sed quid si † æqualis sit aquæ, & vini commixtio? Respondetur, secundum, *Ricard. allegatum q. 5. art. 4.* quòd hoc dupliciter euenire potest, aut secundum mixtorum molem, aut secundum æqualem proportionem virtutis.

Primò modo, aqua non solueret speciem vini,
242 magis † enim est actiuum vinum, quàm aqua, & tertia natura non generaretur ex duobus, se tamen alteraret vinum in excellentijs suarum accidentaliũ qualitatum, licet citò non posset aquam in suam naturam conuertere, & per formam consecrationis vini sola substantia eiusdem transubstantiaretur in sanguinem.
243 Secundò modo † tertia natura generaretur ex duobus, quę nõ esset vinum, nec aqua, sed non statim, operationes enim non sunt in istanti, licet termini in istanti sint.

Ideò si citò Sacerdos posset conficere, vt adhùc non esset facta transmutatio ad compositionem tertiæ naturæ, tunc conuerteretur in sanguinem, alias secùs, *Berarduc. Sum. Corona p. 4. cap. 4. sub. num. 24.*
244 In hac † transubstantiatione panis, & vini in corpus suum, & sanguinem, D. N. Iesus Christus vsus est verbis, *hoc est enim corpus meum, & hic est enim calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti: mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*
245 Prout etiam alia † fecit miracula, verbis aliquando, & aliquando tactu corporeo, vel flectu; immò, & sinè verbis etiam, vt in conuersione aquæ in vinum in illa Galilęæ cœna; vbi non legitur ipsum ad hoc aliqua protulisse verba, sed occulta virtute diuinitatis, aquam in vinum conuersam fuisse, & sola Domini voluntate, vt dicit *Loduph. de Saxon. in vit. Christi p. 1. cap. 25. fol. mihi 88. lit. E.*
246 Panis præterea † est Sacramentum corporis, & vi-
247 num sanguinis, aqua verò, quæ apponitur, † notat similitudinem illius aquæ, quæ fluxit de latere Christi, vel fidei Ecclesiæ, vt neq. Christus sit (dicit dictus *Lodulph. de Saxon. in vit. Christi de inst. Sacram. Euch.*
248 *par. 2. cap. 56. fol. 420. lit. M.*) † sine Ecclesia, neq. Ecclesia sine Christo, sed eius carnis, & anima vniatur, & conformetur.
249 Hæcq. fit † aquæ, & vini mixtura, vt pateat, quòd caput, & membra, idest Christus, & Ecclesia, vnum corpus sunt, *Alph. à Castro ad hæres. lib. 6. in 7. hæres.*
250 vndè optimè dicimus † aquam, & sanginem exijsse de latere Christi; nam per Christi mortem erant ipsi Christo gentes vnitæ, iam prius diuisæ, de quibus di-
251 cit *Apoc. 17.* aquæ † multæ Populi multi.
252 Meritò igitur mixtio † mentionata superius vini, & aquę in Eucharistiali fit ad denotandum illã ineffabilem virtutem, quam habet Eucharistia vniendi, & copulandi hominem cum Deo.
253 O Metamorphosis maxima, omnes † cibi conuertuntur in substantiam illius, qui manducat, & bibit; non sic iste cibus sacer, & Augustus, nam qui eum manducat transformatur, & conuertitur in substantiam cibi; Cibus sum grandium (ait Christus) cresce, & manducabis me, nec tu me mutabis in tę, sicut cibum carnis meæ, sed tu mutaberis in me.
254 Ad hanc mensam non accędant † meretrices, nęq meretricarij, & impuri, in sua duritia, & peccato manentes, calicemq. dæmonis bibentes; Non potestis (*Paul. Cor. 10.*) esse participes mensæ Christi, & mẽsæ dęmoniorũ, non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.
255 Non † magnates, & diuites superbi gustabunt hãc

redem-

redemptoris cænam, sed paruuli; si quis est paruulus, veniat ad me.

256 O fatui, iudicantes vt cæci, qui † de colore periti, &
Iudices esse non possunt; audite, *Paulum Cor.* 1. quod
257 stultum † est Mundi, sapientia est apud Deum.

Insuper, Sacerdotes celebrantes, maximam debēt habere curam, ne excedatur circa præcepta sibi iniūcta ab Ecclesia, & si errore videant illa non seruasse in aliqua parte, se corrigant, si possunt, & res integra
258 sit; exemplum datur, de † Sacerdote celebrante, qui
si errore modicum vinum in calice apposuerit, aquā verò in longè maiori quantitate; antequam se communicet, si dum sanguinem sumit, sentit aliquem vini saporem, non est opus iterum vinum consecrare, si autem sibi videtur aquam gustare, debet de nouo vinum in calice apponere, & iterum consecrare, ac sumere, vt mysterium sacrificij perficiatur. *Berard. sum. Coron. de Sacram. Eccl. p. 4. cap. 4. sub num. 24.*

259 Detestatur † mos vrceolorum argenteorum, vel
coopertorum, in quibus vinum, seù aqua non videntur, nam Sacerdos facilè potest decipi, apponendo vnum pro alio *D. Berard. Sum. Coron. p. 4. cap. 4. nu. 22. & etiam sub num. 4.*

Melius est enim, quòd vrceoli sint vitrei, vel ita cooperti, vt distinguere possit Sacerdos apertè absq.
260 mora, & distractione, quæ † est euitanda in Missa,
qui scilicet sit vrceolus vini, & qui sit aquæ.

Per aquam, varia proponuntur meditanda, pro salute nostra.

Cap. V.

PAssio Christi in primis nobis repræsentatur, &
1 describitur in *Psal.* 21. effusus † sum, sicut aqua,
idest, totum sanguinem meum effuderunt.
2 Tanto ergò (*Greg. in epist.*) Deus † ab hominibus
dignus honorandus est; quanto pro hominibus indigna suscepit.
Christus passus est, & Crucifixus propter scelera
3 nostra, ecce † conqueritur, effusus sum sicut aqua, &
4 non est, qui consoletur me; Vinea † mea electa, ego
te plantaui, conuersa es in amaritudinem; ò quàm
benè, *Bernardus in serm.* Nonne satis propter te vulneratus sum? nunquid pro iniquitate tua afflictus
5 sum? Cur addis † afflictionem afflicto? magis ag-
6 grauāt me vulnera † peccati tui, quàm vulnera corporis mei.
7 O homo vide, quæ † pro te patior. Non est dolor,
sicut quo crucior: ad te clamo, qui pro te morior; Vide pœnas quibus afficior: Vide clauos quibus confodior, cum sit dolor tantus esterior, interior est planctus grauior, quum te ingratum experior.
Ego, ego dicit *Anselm.* 1. sum tui causa doloris, tuæ culpa occisionis, ego sum passionis liuor, tui cruciatus labor, tuæ vitæ meritum, tuæ vindictæ flagitium.
8 Considera etiam; triplicem esse † Christi aquam, & nempè.

Primò, quando Christus plorauit super Lazarum, & super Ciuitatem Hierusalem.

Secundò, quando sudauit, imminente iam passionis tempore, & hora, non ab occultis tantum, sed à toto corpore manans.

Tertiò, quando de latere Christi exiuit sanguis, & aqua.

Primam habes, si ploras iniquitates, & rigas lachrymis tuis stratum conscientiæ tuæ, & dolore compunctionis præteritorum diluis maculas peccatorum;
Sed vbi sunt lachrymæ, vbi dolores circa afflictiones Ecclesiæ? vbi pænitentiæ? vbi orationes? vbi planctus, & suspiria? vbi deuotio? vbi bonæ operationes? vbi amor diuinus? vbi charitas erga proximum? vbi bonum exemplum? vbi puritas, & simplicitas? vbi parsimonia? vbi iustitia? vbi misericordia?
9 vbi fides, & synceritas? Hæc † sunt aquæ hominis
Christiani; Hæc aqua exiuit de oculis saluatoris; tu autem intus habes aquam mundanam; quàm si bibes continuò, & semper sities.
Secundam habes, si flammam concupiscentiæ restringis, corpus tuum castigas, & in sudore vultus tui vesceris pane tuo;
10 Dormit, † & quiescit homo tanquam aqua in fo-
uea, & fossatis; ideò putrescit, vt dicit, *Laur. Iustin.*
11 *Patriarch.* Sicut aqua † quæ caret decursu, ac iacet in
foueis, putrescit, ac humano vsui aliena efficitur, repleturq. animalibus venenatis, & noxijs. Ita & corpus otij tabe confectum, concupiscentiarum, & voluptatum carnalium, parit, ac nutrit insaniam.
Vltimam habes aquam, si proficere potes vsq. ad deuotionis gratiā, nam, vt dicit, *Bernardus in sermone de S. Clem. Pap. fol. mihi 124. tom. 1. oper.* potaberis
12 aqua sapientiæ salutaris, & Spiritus Sancti, quæ † su-
per mel dulcis est, fiet in te fons aquæ salientis in vitam æternam.
13 Crux, nobis † in aqua repræsentatur Christi vndè
Sanctus Iustinus Martyr, dicit, mare non scinditur, nisi trophæum Crucis, quod malus appellatur, saluus in naui maneat, Nauis enim in mari, si tu vides, Crucem quidem vides, vt *Sanctus Ambros. Serm. 6. Colom. conc. dom. 16. post. Pentec. vol. 1. fol. 618.*
14 Crucem quàm benè est, in mari † videre; tribulatio
enim est Crux, qua nos Christum sequimur, & vita
15 † nostra nauiganti similis est; vndè rectè, *Aristonymus*
16 pauperum † vitam aiebat similem esse nauigationi
17 iuxtà litus, diuitum † autem vitam similem ei esse,
quæ in profundo pelago fit, illis enim facile esse funem eijcere, appellere, & nauem extrahere; diuitibus
18 autem non item; Non † in delicijs ergò, sed in aqua,
& in mari est Crux videnda, cum (vt dicit *Tacit.*)
19 nihil tàm capax † fortuitorum quam mare; Qui Chri-
20 sto seruit, statim est in † mari tribulationis, & af-
21 flictionis, quia quos amo corrigo, † & castigo; & si
22 nostrum caput dolet, † & spinis est perforatum, non
debent membra eiusdem capitis in iocunditate ma-
23 nere; & si Christus, & omnes martyres, † ac Sancti
pertransierunt hoc mare cum eorum Cruce, cur nos recusabimus per illud, etiam aduerso flumine, nauigare? non sit tibi onus graue, & si graue perspexeris
24 cogita † retributionem, & erit leue, ac facile; sit, &
Guber-

Gubernator, si fluctus viderit solum nusquam portu
scapha digredietur, sed ipsam præfluctibus, vtilitaté
commodumq. metietur; atq. ità demum nobili si
credit pelago.

Homo hęc non intelligit, sed cruciatus fugit, &
euitare studet, in peccatisq. manet, tanquam nun-
quam moriturus; vndè dictum, *Pauli Phil.* 3. tibi
25 mitto ex corde cogitandum, ait enim, multi enim †
ambulant, quos sæpè dicebam vobis (nunc autem
flens dico) inimicos Crucis Christi, quorum finis in-
teritus: quorum Deus venter est, & gloria in confu-
sione ipsorum, qui terrena sapiunt.
26 Hæc Sācta Crux † omnes viuentes sustinet, & omni-
bus vberrimè prouidet.
27 Arbor † reperitur, secundum, *Ouet. in Hist.* in insula,
Ombrio, dicta del ferro (cum ibi non reperiantur,
nec fontes, nec flumina, nec putei, nec pluuia) quæ
supplet abundantissimè;

De mane enim quotidiè in aurora profluit ex stipi-
te, & ramis d. arboris, aquā limpidā & purgatissimā
in tanta quantitate, quòd omnibus prouidet, & suffi-
cit pro omnibus circumuicinis, ad quam in illa hora
omnes currunt, vt *Colum. cont. dom. 6. pent. vol. 1.*
fol. 451.
28 O arbor Christi Crux, ex † cuius latere exiuit san-
guis, & aqua, omnibus abundè prouidens, omnia
purgans, sitimq. omnem explens.
29 Ideò *Aug. in sermone de parasceue*, ait, ò Crux Christi
nobis totius causa beatitudinis est, hæc nos à cęcita-
te liberauit erroris; hæc à tenebris reddidit luci; hæc
debellatos reddidit quieti: hæc alienos Deo con-
iunxit; longè constitutos proximos præsentauit; hæc
pacis firmamentum; hæc donorum omnium abun-
dans largitio.

Vltra Passionem, & Crucem Iesu Christi, aqua no-
bis etiam ostendit,
30 Paradisi † quatuor præ cæteris esse gaudia, de qui-
bus apud *Ezech.* 47.

Primum, quod minus gaudium dicitur, illud est de
31 inferni calamitate, † quia lætabitur iustus, cum vide-
32 rit vindictam; ideò dicitur † aqua descendere vsque
ad talos, non quia, vt dicit, *Eminentissimus Genuaj. in*
suis enarrat. ad Psalm. 57. de perditione iniquorum
viderit vindictam, lætabitur, sed ipse gratia Dei iudi-
catus erit inter agnos à dextris Dei ponendus.

Non lætabitur ergo de iniqui condemnatione, sed
de sui saluatione.

Secundum gaudium est, de claritate vniuersi, &
33 quia illud est maius, quam primum, dicitur † aqua
ascendere vsque ad genua.

Tertium gaudium est, de societate Regni, quod
34 etiam est plus; ideò dicitur † aqua ascendere vsq. ad
renes.

Quartum gaudium, de felicitate Dei, & iste tor-
rens est immensurabilis, & hoc gaudium non totum
intrabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt
in illud gaudium, *Em. Vital. Cardin. in suo Specul.*
Moral. de pulchr. Beat. fol. mihi 35. *lit. B.*

Per aquam nobis Christus etiam suæ humilitatis
exemplum reliquit, imitandum, ex pedum lotione.
35 Hæc quidem lotio, non fuit † Sacramentum, licet
forsan largo modo hoc posset dici (ait *Bellarmin. de*
eff. Sacram. tom. 3. disp. cap. 24. lib. 2. fol. mihi 180.
36 Quemadmodum † Sacramenta dicuntur omnia
quæ mysticum sensum habent, & figuræ sunt, ac typi
37 aliarum rerum; Et ista lotio, † dicit ipse, fuit signum
humilitatis Christi, & charitatis, item puritatis, qua
debent homines accedere ad Sacramentum Eucha-
ristiæ, item signum purgationis, quam eramus habi-
turi per Christi Passionem.
38 Non fuit † purgatus Iudas ex pedum lotione, quia
39 induratum erat cor eius; Non sic fideles, nam † ex
perfidia, conuersio est difficilis; & quando malitia
40 crescit, cor † paulatim obdurescit, & vt confringatur,
41 requiritur manus omnipotentis Artificis, tu vides †
Iudam, ad cuius pedes saluator flectit genua, lauat
pedes, & illos deosculatur, linteoloq. tergit, & tamen
adhuc in sua duritiè manet, ibi erat Christus præsen-
tialiter, eiusdem salutem procurans, & tamen Iudas
intima corrupta habens, non intelligit, nec gustat li-
quorem Christi sibi tanta liberalitate dispensatum;
Nulla spe Iudas nititur, immò ad desperationem ad-
ducitur.
42 O Christiani, si † vocem eius hodiè audieritis, noli-
te obdurare corda vestra, *Hebr.* 5. væ qui contradi-
43 cit † factori suo, *Esa.* 45. fulminat Deus, & percutit
fulmine iræ suæ indurata corda, vt in *Ierem.* 19. Ecce
44 ego † inducam super Ciuitatem hanc, & super omnes
eius vrbes vniuersa mala, quæ locutus sum aduersus
eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam, & non
audierunt sermones meos.

Aqua etiam nobis dat inditium puritatis Virginū,
ex eorum casta, honesta, & solitaria vita; domi enim
stant Virgines, non vana, non vtilia loquuntur, non
45 se per Ciuitatē videre faciunt, cribrum aqua † plenū
Virgo portat, vt de Vestali dicunt Virgine, in signum
suæ Virginitatis; quod quidem cribrum semper aquā
retinebat, nec effundebatur; donec ignis accendere-
tur. *Colum. cont. in festo S. Luciæ vol. 1. fol. mihi* 54.
46 Hinc solent describere † Virginitatem adhærentem
columnæ fortissimæ, cum cribro super eam, ad deno-
47 tandum, quòd virgo † illa est immobilis, quæ domi
stat, nec trahitur extra eam, ad lumenum lasciuiam.
48 O Sancta, † & immaculata Virginitas, quibus te
49 laudibus efferam nescio; est enim † Virginitas thesau-
rus impretiabilis *Gen.* 4. Hinc nemo poterat, *Apoc.*
50 14. † dicere canticum, nisi illa Quadraginta qua-
tuor millia. Virgines enim sunt, & sequuntur agnum
quocunque ierit.

Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Cap. VI.

HÆc nobilis aqua fuit etiam sedes Spiritus San-
1 cti; nam in Genesi dicitur; Spiritus † Domini
ferebatur super aquas: Quod sacrum dictum, varia
habet significata.

Spiritus autem Sanctus (*vt Haye arbor. vitæ con-*
cion. p. 1. tom. 1. in expos. DD. verb. Spiritus Domini,
2 *&c.*) à Deo † Patre, filioq. procedens, ferebatur, non
loco, aut motu, sed omnia operante, & præcellente
potentia, ita vt foueret aquas, eas præparans ad futu-
ram

3 tam iam, iam fœcunditatem. O quam † potens est
iste Spiritus, nobis abundantissimè eximia, & excel-
4 lentia dona tribuens *Act.* 6.8. diligamus † ergo eum
(ait *Gregor.*) & eius custodiamus mandata, nam in
cor nostrum ille veniet, & mansionem faciet.
5 Ista est illa † dilectio, quæ segregabit nos (dicit
Isidor.) à mundano, & carnali amore, sicut mors vio-
lenter separat animas, à corpore.
6 Spiritus † Domini ferebatur super aquas. Et non
7 mirum, si Spiritus Dei ita mouetur, quia ita † homi-
nem diligit, vt sine eò inquietus esse videatur, idem
Haye arb. vit. conc. in Genes. p. 1. *tom.* 1. *super illo vers.*
Spiritus Domini, &c. conc. 168.
Vndè *Rup. Abbas* ferebatur super aquas, quia in-
quietus erat, quousq. vidit hominem creatum, super
quem acquiescere possit, hoc est maximum dilectio-
nis signum, non est similis tui in dijs Domine, non est
8 secundum opera tua; Sed si † Deus te diligit, cur illum
non amas? Nos ergo (*Io.* 4.) diligamus Deum,
9 quoniam ipse prior dilexit nos; Aliud † à te Deus
non petit, nisi, quod eum timeas, & ambules in vijs
eius, & diligas eum, *Deut. cap.* 10. si hęc facies omnia
cooperabuntur in bonum *Paul. ad Rom.* 8.
10 Quies † etenim tunc est, quando homo cum Deo
est, nam tunc si iustus, super eum Spiritus requiescit.
Vndè *Sap.* 3. 3. & 4. *Esa.* 57. 2. *Luc.* 16. 22. *Apoc.*
11 14. 13. quietem, & † pacem terre consequentur iusti,
peccatoribus autem, & inobedientibus nulla quies,
Deut. 28. 65.

In solo est mens tuta Deo, quem linquere nolens.
Nunquam erit æterno non opulenta bono.

12 Spiritus † Domini ferebatur super aquas; Non
quia Spiritus Dei (vt idem, *Haye arb. conc. p.* 1. *tom.*
1. *super illo vers. Spiritus Domini*) contineretur ab
13 aquis, cum † ipse potius omnia contineat, nō ipsum
ferri igitur tanquam aliquid minus, & contentum,
sed vt summum, & excellentissimum artificem.
Sequere igitur istum Sanctum Spiritū super aquas,
14 nam † humana dissipat, & destruit, & si hæc amittis,
15 quid erit tibi? ò Dei creatura, benè scio, quòd † vbi
est Thesaurus, ibi est cor tuum; non quæso tibi videa-
16 tur † talis amissio rerum mundanarum, & tempora-
lium, magna merces, nam omnia mundi in puluerem
reducentur, & ad nihilum redigentur, iste ille omnia
continet, & potest quod vult.
17 Facit ad propositum illa Antisthenis † responsio,
dum interrogatus, cur iam paucos haberet discipu-
los; quoniam inquit depello illos virga argentea.
Sentiens ideò paucos venire, quod magna mercede
18 doceret. Hinc patet † vulgum potius amare pecu-
niam, quam veram sapientiam.
19 Multi amittunt † cælestia, quia malè ablata non
20 restituunt; Patres, ob auaritiam, † filios nō mittunt
21 ad Gymnasium; omnes ob vilem † puluerem, marga-
ritas recusant; isti non fruuntur à Spiritu Sancto su-
per aquas, nec continentur in ipso. Ad prædicta fa-
cit illud Satyricum.
22 *Scire † volunt omnes, mercedem soluere nemo.*
23 Spiritus Domini ferebatur super aquas; est † enim
iste Spiritus illuminatio nostra, & ab eò cætera pro-
ueniunt bona, & nobis vti donum specialiter conce-
ditur, *Haye arb. vitæ conc. p.* 1. *tom.* 1. *super illo vers.*
Spiritus Domini, &c. conc. 164. & 165. & vt omnibus
sua beneficia communicaret, *conc.* 190. *virgo San-*
ctissima.
24 Quid habes, † ò homo (*Paul. ait.* 1. *Cor.* 4.) quod
non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris,
25 quasi non acceperis? omne † datum optimum, *Iac.*
1. & omne donum perfectum desursum est, descen-
dens à patre luminum.
26 Spiritus † Domini ferebatur super aquas. Non fit,
27 sed fertur; est enim Spiritus † Sanctus tertia persona
Sanctissimæ Trinitatis; Ideò non fit sed fertur, ad si-
gnificandum ipsum non esse creaturam, sed ab æter-
no, Deum. Idem *Haye arb. vit. conc. p.* 1. *cap.* 1. *su-*
per dicto vers. Spiritus Domin. conc. 158. & non ferri
tanquam impotentem, & debilem, sed tanquā omniū
conductorem, & aurigam, *conc.* 175.
Dixi tertiam personam esse Spiritum Sanctum, &
28 ab æterno Deum, non quia † tres sint dij, cum vnus
tantum sit Deus, licet tres personæ dicantur. Est Tri-
nitas creatrix, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, &
29 verbo ipsius Cœli firmati sunt, quoniam ipse † Deus
dixit, & facta sunt, *Psal.* 33. tuus est dies, tua est nox,
tu fecisti omnes terminos terræ, *Psal.* 73.
30 Ideò (*D. August. ait*) iustum † est, vt creatura lau-
det Deum Creatorem. Ipse enim ad laudandum se
31 creauit, qui † nostris non indiget laudibus. Est
autem virtus incomprehensibilis, nullius indigens,
32 ipsa sibi sufficiens. Magnus † enim Dominus noster,
& laudabilis valdè. Hunc itaq. mors diligat, lingua
canet, scribat manus, atq. in his Sanctis studijs fidei
animus se exerceat.
33 Omnia † bona sunt à Deo creata, vt in *Genes.* 1. vi-
ditq. Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona,
34 illa enim dictio, *valdè*, † est augmentatiua.
Cur autem à Deo creata in hoc sæculo bona ali-
quando minimè appareant? vide *Eccl.* 39. vbi hoc
35 optimè ostenditur; Hæc omnia † Sanctis in bona,
sic, & impijs, & peccatoribus in mala conuertentur.
36 Spiritus † Domini ferebatur super aquas, idest su-
37 per Angelos, & significat † Deum omnes Angelicas
perfectiones transcendere; vndè *Dauid. Psalm.* 17.
38 ascendit super Cherubin; & quid est ergò † ascende-
re super Cherubin (*Haye arb. vitæ conc. p.* 1. *tom.* 1.
conc. 156.) nisi scientiam omnium Beatorum Spiri-
tuum transcendere?
39 Principes, ita † deberent, tanquā ipsum Deum re-
presentantes, scientia omnes subditos præcellere.
40 Nam quomodo potest † Princeps imperitus præ-
tendere benè, & rectè sibi subiectos gubernare? quo-
41 modo imperare? Non erit ipse tunc † Princeps: sed
hominibus doctis, & ipsorum arbitrio subijcietur,
cum ex se non poterit determinare.
42 Ideò meritò isti Principes † dicuntur, homines su-
biuges, idest, qui non arbitratu suo, sed alieno iudi-
cant, & quippiam faciunt; vel si iudicant Tiranidis
notam non effugiunt.
43 Quanti quanti † hoc imperitiæ, & Tiranidis, aut
impietatis vestimento imbuti, à Deo fuerunt Domi-
44 nio spoliati, & priuati? Rex † insipiens perdet Po-
pulum suum, & Ciuitates inhabitabuntur per sensum
prudentum, *Eccl.* 10.
45 Meritò igitur *D. Augustinus* vocat † ignorantiam
matrem

matrem pessimam, & quòd ista habet duas filias itidem pessimas, falsitatem scilicet, & dubietatem, illa miserior, ista miserabilior dicitur: illa perniciosior, ista molestior.

46 Vani sunt † omnes homines, in quibus non subest
47 sapientia Dei. *Sap.* 13. *& in Os.* 4. quia tu † scientiā repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi:
48 oblita es † legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum, & ego.
49 Spiritus † Domini ferebatur super aquas: hoc est
50 mirabile, nam super aquas † stare, & quòd ipsæ aquæ deambulantem sustineant, est contra ipsam naturam.
51 Hinc † in via Domini nulla potest esse difficultas,
52 cum fide debemus sequi Christum, nam tunc † super aquas, tanquam super durissimis lapidibus, ambulabimus, vt de Petro habemus exemplum, dum versus Dominum reuersus, dixit, Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas? vt benè explicat. *Columb. in addit. ad conc. tom. 2. Sabb. p. Quadr.* Sunt plenæ paginæ in libris vitæ Sanctorum, quæ osten-
53 dunt † multos Dei electos ambulasse super vndas maris, sicco pede.
54 Spiritus † Domini ferebatur super aquas; nam
55 aquæ † sunt nobiliores terra. *Haye arb. vit. conc. p.* 1. *tom.* 1. *super illo vers. Spiritus Domini, &c. conc.*
56 158. immò † aliqui dixerunt Cœlos ab aquis ortum
57 habuisse. Ex aqua † volucres præpetes exierunt, pi-
58 sces † originem duxerunt, ibidem, *Haye conc.* 163. & hoc etiam firmant, *DD. Aug. Ambros. & Thom.* pisces nempè, & volucres Cœli ex aquis ortum habuisse. Magnus Deus potentiæ, qui ex aquis ortum genus, partim remittis gurgiti. Partim leuas in aera.
59 Pisces † sunt tanquam mundani, qui in aquis vehe-
60 mentibus remanent, iusti autem † in aera volant versus Cælum, tanquam aquilæ; ò aquilæ, de quibus dicitur in *Ezech.* 1. Aquila grandis magnarum alarum venit ad libanum, & tulit medulam cedri, & asportauit in vrbem negotiantium; & hoc dictum refert, *Columb. in conc. S. Andr. vol.* 1. *fol. mihi* 98.

Aquæ in montibus stant.

Cap. VII.

Considera etiam, lector, montes altissimos, qui sine aquis stare non possunt; cùm in eorum visceribus tantam aquarum copiam retineant; Vndè aquæ ipsæ
2 de † montibus exeunt in magna quantitate, quod quidem mirabile est; & omissa distinctione locorum, an hoc procedat, vbi adest perpetuum ver, vel autumnus, quo in tempore maior quantitas aquæ reperitur, dico quòd montes, qui sunt iuxta, vel propè
3 mare, sunt capaces istius aquæ, mare enim † porosum est, perque poros eius, austris illos aperientibus, vapores, quibus aquosæ nubes generantur, eleuari ascētiemur, dicit, *Petrus Martyr. ab Angler. de reb. Ocean. & orbe nouo lib.* 9. *fol. mihi* 40. *& seqq. Decad.* 3. qui
3 refert, ibi adesse magnum flumen † appellatum Maragnonum, & ex altis montibus decidere, cuius aquas esse dulces, & eius ostium in mare cadens, esse passuum paulominus centum mille: Refertq. pariter idem Angleria, in locis ibi enumeratis, multa reperiri flumina magna, montesq. esse altissimos; & in Hi-
4 spania ipsum vidisse, è pluribus † montium antris guttatim imbres decidere perpetuos.

Præterea, nonne maria sunt in medio montium? ita est;
5 Nam montes † sunt tanq. muri, qui nos defendunt ab aquis, & maribus, ne egrediantur ad operiendam
6 terram; ab ipsisq. aquæ † subtiles, leues, & bonæ oriuntur, propter eorum montium concauitatem, & spongiositatem, quę aquę decurrunt postea inter valles, & per montes decliues; vndè loca fiunt habitabilia. *Iacob. de Valent. explan. in Psalm. David.* 103. qui etiam dicit orbis montes ab vtraq. parte, & vn-
7 diq. eleuatos † continere Oceanum, & alia maria, tanquam in vase iuxta *Psal.* 32. congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in Thesauris abyssos, idest (ait ipse) ponit maria tanquam Thesauros in arca, & vase.

Ex prædictis igitur dubium oritur, cur nempè,
8 Flumina † tantam aquarum copiam habeant, & quomodo congregetur in eis tanta aquarum multitudo? nam, non dico Padum, Rhenum, Tarum, Trebiam, Ticinum, sed alia infinita flumina diffusa per totum orbē longè maioris latitudinis, semper aquis plena reperiri, & impetuosè ad inferiora decurrere.

Iacob. de Valent. ex opinione *Arist. in* 2. *Metheor.* reddit rationem, quòd nempè in concauitatibus terræ, & montium maximè, eleuantur vapores humidi, & congelantur in aquam, sieq. (ait ipse) emanant fontes ex lateribus, & verticibus montium, & etiam ex aere incluso in cauernis, & visceribus terræ continuè generantur aquæ;

Ex quibus quidem aquis in tāta multitudine fiunt magna flumina decurrentia in mare.

Sed ex eodem Iacobo vana essent allegata, si intelligerentur priuatiuè, nempè ad aliarum causarum
9 exclusionē; saluatur tamen † *Aristot.* ex eò quòd verū est eleuari vapores in verticibus, & lateribus montium, qui resoluuntur in fontes, sed non sunt sufficiētes isti vapores, ad transmittendam tantum aquarū quantitatem, & multitudinem, vndè (*ait ibid. Iacob.*)
10 Deus † omnipotens Architectus sapientissimus, in principio creationis, eleuauit montes, declinando campos, & deprimēdo valles infimas, in quibus congregantur omnes aquæ decurrentes, & ita disposuit interiores, & viscerales partes terræ, quòd in ea fecit venas, & meatus subterraneos penetrantes totam
11 terram; Vndè videmus riuulos † ex improuiso è montibus exire, & scaturire; aquæ enim serpunt, &
12 penetrant † partes terræ: Hinc pariter de hoc satis constat ab experientia, nam si modo fodimus in vna, modo in altera terræ parte, semper reperimus aqua-
13 rū venas. Hinc videmus † etiā in rupibus, immò mōtibus altissimis fieri puteos.
14 Nos in Comitatu Bononiæ in loco Rioli, qui † possidetur à nobilibus de Grimaldis, habemus aquas scatutientes à visceribus terræ, & per eius meatus transeuntes in tanta quantitate, quòd isti Domini mei, detecta aqua, dum fodebant, vix potuerunt eius-

dem impetum impedire, quin submergeret illa loca, vndè mediante opere manufacto, fuit necesse, illi resistere, construi faciendo illimes, & iucundos fontes, qui in æstate animos tædio languentes excitant, afflictamq. mentem recreant;

15 At magis † subleuant animos isti mei conterranei Grimaldi (in quibus mira est, & omnibus cognita humanitas, & explorata facilitas) quam aquæ.

Non est ingressus ad prædicta difficilis; immò omnes amicos, & dignos, eorum permulgati moris est admittere, & eos intrare compellere. Custos prodigus est, impensę immodicę sunt, & sūptus ingentes, de excessu tractatur laudabili; vndè virtutum ipsorū præstantia exigit, vt magis omnium voce amplitudo extollatur, & celebretur, quàm admonitionibus excitetur, & exhortationibus inflammetur.

Aquarum significata.

Cap. VIII.

PEr aquam nobis ponderanda proponuntur varia significata, per quæ dignitas, & eminentia ipsius aquæ magis lucescit, & splendet;

1 Pro aquis † enim in primis accipimus homines bonos, & Catholicos, *Pius Rub. in myst. sal. cont. 2. fol.*

2 87. eorum enim † exemplis crescere faciunt pietatē, & sanctitatem in Populis; & è contra mali, & improbi omne bonū, ob eorum pessimum exemplum

3 destruunt, & dissipant, vndè illorum † debemus vitare conuersationem, vt docet, *Dauid. in Psalm.* si cum bono bonus eris, si cum peruerso peruerteris.

Vndè Christus Dominus noster, & Princeps Supre

4 mus conatur nobis ostendere, quàm bonum sit † eius sequi vestigia, vt legitur 1. *Petr.* 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Vt omnibus terrę dominatoribus notescat, quàm perniciosum sit malo exemplo

5 † subditos scandalizare malis moribus, & eos maximè, qui sub eorum sunt cura; melius esset, quòd illi remanerent in mare submersi: væ illis, nam in finali die, dicent ipsi, montibus, cadite super nos, contegite nos, ne videamus faciem Dei omnipotentis.

Immò, & in præsenti sæculo punientur ad exemplum aliorum, citò, citò ex hac migrabunt vita, & eorum mala reciderur via.

O terrę Antistites, vbi est lux vestra bonorum operum, boniq. exempli, quæ luceat coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cœlis est; gladio, *Esth.* 16. & ignæ pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestijs terræ fit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ, & *Num.* 5. det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in Populo suo.

Si hæc euitare vultis, audite quæso, *Paulum Phil.* 4.

6 Modestia † vestra nota sit omnibus hominibus, & *in* 1. *Tim.* 4. exemplum esto fidelium in verbo, & conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, vt profectus tuus manifestus sit omnibus, et *Tit.* 2. in omnibus præbe te ipsum exemplum bonorum operum, in Doctrina, in integritate, in grauitate, verbum Sanum irreprensibile; vndè Claudianus.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum.

Et Ouid. 6. Fast.

Sic igitur censura, & sic exempla parantur.

Cum Iudex alios, quod monet, ipse facit.

7 Nec bonæ † operationes in homine malo fructum dabunt Populis, teste *Senec.* Author malus bonam rem, turpem facit; si benè egeris, ipse tibi personæ auctoritatem dabis. Viri boni est scire pati, nec facere iniuriam; Vndè solemus (*ex Arist.*) dicere, quòd

8 magis † mouent exempla, quàm verba, & in actionibus humanis minus creditur sermonibus, quàm operibus; Et *Macrobius*, Plebeia ingenia magis exem-

9 plis, quam oratione capiuntur; Qui ideò fecerit, † & simul docuerit, hic maior vocabitur in Regno Cœlorum, optimè, *P. Albritius contion.* 3. *num.* 11. & 12.

10 explicat † efficaciam boni exempli superiorum, & eorum, qui regunt, & etiam idem in *cont.* 12. *nu.* 12. vbi refert dictum diui *August. super Psalm. Dauid.* 71. suscipiant montes pacem Populo, & colles iustitiam, audi verba, excellenti Sanctitate eminentes in Ecclesia, montes sunt, qui idonei sunt, & alios docere: sic loquendo, vt fideliter instruantur, sic viuendo, vt salubriter imitentur. Colles autem sunt, illorum excellentiam sua obedientia subsequentes.

O quam ponderanda (ait) illa verba, & instructio data à Christo Petro, *Luc.* 22. & tu aliquando con-

11 uersus confirma Fratres tuos, ò Petre † qui vult emēdationem aliorum, prius à semetipso incipiat, nam

12 in membris † sanitas non est, si caput est infirmum; vna manu, ò viuentes ædificate, altera malo exemplo destruite; vt in *Eccles.* 34. 28. vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis, nisi labor?

13 Exemplar † debet esse sine macula † sed quis est hic? ò bone Iesu, quis est hic? cum non sit, qui faciat bonum, non est vsq. ad vnum, inspice, inspice, ait Deus ad Moysen, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est à Christus solus est mons, & sine macula; Vndè ait *Paulus*, estote imitatores Dei, sicut filij carissimi, & ambulate in dilectione, sicut, & Christus dilexit vos.

14 Et si non † habetis terræ dominatores. quorum exemplis, vt in speculo, possitis ambulare in via recta, respicite inter pauperes, & abiectos, & à Principibus, & magnatis neglectos, derelictos, ac de eorum curijs eiectos, ac expulsos, cum vera loquantur, & Principem minimè decipiant, vt de Præcursore Io. Baptista euenit, dum Regi dicebat, non licet tibi habere vxorem fratris tui, eius enim caput detruncatum fuit.

Illi pauperes, & abiecti docebunt vos, verbis, &

15 exemplis veram sapientiam, non † alios vidi doctrinæ Sacræ Magistros in scholis Doctrinæ Christianæ Bononiæ, nisi pauperes, & artifices interuenire, non nego, quin in his pijs sessionibus etiam diuites, & nobiles, sed paucos vidi; nam benè nummati mundo, nō Christo nostris his miseris temporibus inseruiunt; pauperes autem, vltra quod in diebus commerciorū assiduè laborant, etiam in festiuis pro Dei gloria incessanter, & pro animarum salute feruidè, & constantes operantur; vndè de istis dicitur, hi sunt, qui venerunt

runt ex magna tribulatione , & visi sunt oculis insi-
pientium mori, illi autem sunt in pace; Isti sunt illi
Lazari,qui in sinu Abraę quiescunt,diuites autem se-
pulti sunt in inferno , qui malè in hoc seculo vitam
duxerunt,pauperes opprimendo . Vtinam hæc dicta
non extenderentur ad Religiosos, quibus, cum plus
datum sit, plus ab eis requiretur; in primis enim, &
16 principaliter ad Religiosos, † & Sacerdotes pertinet
sanctitatis , & virtutis aquam spargere ; vocantur
17 ideò † sal terræ,& lux Mundi.

Percutite Petram cum vestra virga, & apparebunt
18 mirabilia,quę faciet Deus. Non fuit † virga Moysis,
quæ fecit miraculum in deserto; fuit virga Aron, non
fuit virga militaris,sed Sacerdotalis; quæ nil aliud est
quàm oratio . Arma sacerdotum sunt lacrymæ, &
orationes; ad istos spectat orare pro Populo; inter
vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes, parce
Domine,parce Populo tuo. Per hanc orationis vir-
gam Petram percutientem,vos,& nos aquam miseri-
cordiæ bibemus.

Si autem hæc non feceritis,ò Ecclesiæ antistites, ò
Principes,& terræ Gubernatores, nec vestrę sanctita-
19 tis , & probitatis exempum dederitis; † eritis vos
alijs in exemplum ; projciam , *Nahum.* 3. super te
omnes abhominationes tuas, & contumelijs te affi-
ciam, & ponam te in exemplum, eritq. Moab. (*Ier.*
48.) in derisum omnibus, & in exemplum in circui-
tu tuo.

Igitur (*Paul. Tit.* 4.) nemo adolescentiam tuam
contemnat, sed exemplum esto fidelium.

20 Cur † Religiosi, & sacerdotes hodiè non veneran-
tur, immò contemnuntur? à vobis totum pendet,&
redditur meritum, à secularibus, secundum opera
vestra, sic Deo permittente, audite, *Soph.* 2. ver-
ba in corde reponenda, & custodienda. Vos autem
recessistis de via, scā dalizastis plurimos in lege,irritū
fecistis pactum leui. Propter quod, & ego dedi vos
contemptibiles,& humiles omnibus Populis,sicut nō
seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege.

21 Aqua † timorem Domini significat,& hęc est aqua
salutaris sapientiæ. *D. Bernardus in sermone 2. Dom.
1. post oct. Epiph. fol. mihi 39. lit. L. tom. 1.* vndè in
Deut. 6. & 30. dicitur Dominum Deum tuum time-
bis: alias frustra quis tendit euadere sapiens; initium
enim sapientiæ est timor Domini , vt egò latissimè
dixi *in meis pract. for. inter. & exter.* vbi ferè tota ti-
moris huius materia discutitur ; solum in hoc præ-
senti capitulo vnum tibi propono cogitandum *Ec-*
22 *clef.* 27. nempè,si † in timore Domini tenueris te in-
23 stantèr,citò subuertetur Domus tua. Timete † ergo
Dominum, qui potest animam, & corpus perdere in
gehenam *Matth.* 10. siue timore Domini non te de-
fendet tua sapientia vana,ideò vt *Paul. Rom.* 11. No-
24 li † altum sapere,sed time.

25 Sermo diuinus † est aqua sapientiæ salutaris, non
modo potens, sed, & lauans; vndè *Io.* 15. verba ad
hunc propositum scribit , *D. Bernardus tom 1. serm.
22. super cant. fol. mihi 164. lit. F.* nempè,& vos Mun-
di estis propter sermonem, quem loquutus sum vo-
26 bis; & quidem optimè; nam gladius † acutus est lin-
gua penetrans ad intima cordis; mundat, quia est
causa munditiæ; quanti ingressi sunt Religiones, &
peccata sua statim, Dei verbo audito, confessi fue-
runt?

27 Non Idem operatur † lingua dolosa, & mala, nam
malos producit effectus, non mundat, nec lauat, vt
facit sermo diuinus,& verbum Euangelicum,ex cor-
de explicatum fidelibus,immò inquinat,& conscele-
28 rat; Meritò igitur dicere solemus, quòd mors, † &
vita in manibus linguæ, *Prouerb.* 18. quis dabit(*dicit
Eccles.*) ori meo custodiam,& super labia mea signa-
culum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea
non perdat me.

29 Istæ maledicæ † linguæ , & dolosæ ferè semper in
curijs Principum habitant,& in domibus diuitum, in
plateis, & conuenticulis carnalium, & ludentium;
Hinc oriuntur fructus amari,quia semen est ipsa ama
30 ritudo, seminant † isti discordias, et fructus discor-
diæ metent; Audite iniqui,et vos,qui tales contine-
tis iniquitates, gloriantes in detractione, et maledi-
ctione, quid dixerit contra vos ipsos, *David. in Psal.*
31 51. Quid † gloriaris in malitia? tota die iniustitiam
cogitauit lingua tua; dilexisti omnia verba præcipi-
tationis, lingua dolosa; propterea Deus destruet te
in finem.

In istos maledictos ludos, et conuenticula illicita,
immoderata, ac vitiosa, non intrant viri timorati, et
probi; sed improbi,et reprobi, nam illi talia loca, et
conuersationes, vt pestem fugiunt, isti autem præci-
pitàter obcęcati,obediunt velociter linguę dolosæ,et
iniquæ,quæ inuitat eos ad luxuriandum, ludendum,
et declinandum à mandatis diuinis, contra istos fa-
cit, *Prouerb.* 17. Malus obedit linguæ iniquæ, et fa-
lax obtemperat labijs mendacibus.

32 Pro confessione † peccatoris accipitur aqua,et di-
33 citur lauacrum, vndè *David. Psal.* 77. † vas ligneum
lauabitur aqua, vade ergo peccator ad natatoriam
Siloè,laua te,et sæpè hoc facias, nam mundaberis,et
34 in tranquillitate viues,omnia † in confessione lauan-
tur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, tran-
quillitas redit, spes reuertitur, et animus illarescit;
respice, respice tuum saluatorem, qui sanguine pro-
prio pro te paradisum emit, ecce agnus Dei; ecce
35 qui tollit peccata Mundi ; recordatus † est (*David.
Psalm.* 103.) quoniam puluis sumus,et *in Psalm.* 18.
36 ipse autem est † misericors,et propitius fiet peccatis
eorum,et recordatus est, quia caro sunt.

37 Multi autem huius † misericordiæ capaces non
erunt, non quia D. N. Iesus Christus non sit semper
paratus misereri, sed quia cor eorum induratum est,
et malitia ita crescit,quòd facti sunt impęnitentes,et
incapaces misericordiæ, non dico, vt Deus saluare
non possit,sed quia (*Isai.* 59.) iniquitates,et peccata
vestra absconderunt vultum eius à vobis , ne exau-
38 diat; sed eueniet (*vt Isai. ibi* 1.) væ † genti peccatri-
ci: Populo graui iniquitate: semini nequam, filijs
sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemaue-
runt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Su-
per quo percutiam vos vltra,addentes præuaricatio-
nem? omne caput languidum,et omne cor mærens:
Terra vestra deserta, Ciuitates vestræ succensæ igni:
Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.

39 Insidiæ, ò † peccator, te sequentur, vt venator le-
porem,hoc dicit ipsa veritas, sacra, nempè scriptura,

Eccl. 27. Leo venationi insidiatur semper, sic pecca-
ta operantibus iniquitatem; pluet (*Psalmista* 10.)
super peccatores laqueos; Timendum est igitur, &
valdè timendum, vt *Orat.* 1. Amor.

Multa miser timeo, quia feci multa proterué.
Exempliq. metu torqueor ipse mei.

Vade ergo, vt dixi superius, si cęcus es, laua in nata-
40 toria Siloë, quod interpretatur missus, nam † Siloë est
fons paruus, qui crescit, & magnus fit ex aqua pluuia
missa; quod nobis ostendit, & denotat, nos debere re-
currere ad fontem Siloë, ad Doctrinā Christi, qui verè
41 missus est; misit † Deus (*Paul. Gal.* 4.) filium suum,
vt lauaret crimina; ad quem propositum, *Dauid. in*
Psal. 50. lauabis me, & super niuem dealbabor, abijt,
42 lauit, & venit videns, *Io.* 9. † abijt per obedientiam,
lauit per humilitatem, et venit videns per gratiam.

Benedictus igitur misericordiarum Deus, qui no-
bis misit suum vnigenitum, vt tanquam bonus medi-
cus nos lauaret, sanaret, & purgaret; vndè *D. August.*
43 optimè dixit, nulla † causa veniendi Christo Domi-
no, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tol-
le vulnera, & nulla causa est medicinæ. Venit ergo
de Cęlo magnus medicus, quia per totum vbiq. iace-
bat Ægrotus. Genus ergo humanum totum perie-
rat, ex quo peccauit vnus, in quo totum erat. Ideò
venit vnus sine peccato, qui saluos faceret omnes
sine peccato. Non enim de Cœlo ad terram merita
nostra, sed peccata traxerunt.

Aquam dixi confessionem significare, non confu-
44 sionem; Vndè quanti in mortis articulo † confiten-
tur peccata timore mortis, & tremendi Iudicis, corā
quo velle nolle tenentur comparere; & si detestantur
ipsa, hoc procedit, quia in futurum amplius peccare
45 non possunt. Quantos senio † confectos iniquitas
linquit, cum sint impotentes; & tamen (sic non fuis-
set) cogitationibus continuo peccant, & carnalibus
se inuoluunt, duriora (*Ier.* 5.) saxis scindi ad pæni-
tentiam nolunt. Incrassatum est cor Populi huius,
indurauerunt corda sua super petram, & noluerunt
reuerti.

46 Grata † est Deo conuersio recocti senecti homi-
nis, vult enim omnes saluos fieri; sed gratissima ipsi
est iuuenis conuersio, & ad Deum regressus, nam de
istis dicitur, potuit transgredi, & non est transgressus,
potuit facere mala, & non fecit; Ne tardes igitur, ò
iuuenis, *Eccl.* 5. conuerti ad Dominum, & ne differas
47 de die in diem, scinde scinde† cor tuum, & non vesti-
mentum tuum in ieiunio, fletu, & planctu; audi quid
de tua conuersione Deus tibi dicit; & misericordia
mea subsequetur te, omnibus diebus vitæ tuæ, vt in-
habites in Domo Domini, in longitudine dierum.

48 Ecce nunc† tempus acceptabile, in quo aqua con-
fessionis à morte liberat: aperit Paradisum: spem
49 saluandi tribuit. Vndè dicit scriptura, dic tù † ini-
quitates tuas, vt iustificeris; nam non meretur iusti-
ficari, qui in vita noluit confiteri; ò quam benè loqui-
50 tur *Ambros.* ad propositum, qui se † accusat, & si pec-
cator sit, iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, &
Dei iustitias confitetur. Cessat enim vindicta diui-
na, si confessio præcurrat humana. *Seneca, & ipse lib.*
51 *de moribus* hanc docet veritatem, vbi † est confessio,
52 ibi remissio, & ad *Luc. epist.* 28. initium est salutis, †
notitia peccati. Ideò quantum potes, te ipsum coar-
gue: inquire in te accusatoris primum partibus fun-
gi; deinde Iudicis, nouissimè deprecatoris.

Te ipsum in hoc seculo, tua voce cura obiurgare,
ne expectes tremendum Dei iuditium. Amore fac,
quod debes, & confitere; non pænæ impulsu, vt mali
faciunt; aliàs tibi eueniet, in valle nèpè Iosaphat cir-
cumire, & vituperationem tuam flebili, & horrenda
voce coram omnibus Dei creaturis canere.

53 Legitur, quòd apud† lacedemonios; si quis in pec-
cato deprehensus fuisset; is cogebatur quandam arā,
quæ erat in vrbe circumire, ac vituperationem inte-
rim in se ab arte compositam canere; quòd nihil
aliud erat; quam se ipsum sua voce obiurgare. Inge-
nui pudore, & laudis amore melius ducuntur ad ho-
nesta; virgis, aut flagris cædi, seruile est, *Plut. in Lacon.*

54 Nec dicas (*Act.* 15.)† pænitentiam, & confessio-
nem esse iugum, hoc iugum, neq. nos, neque patres
nostri portare potuimus; ò miseri, & stulti, non est
sensus, neq. vox, necessaria est confessio; ore autem
(*dicit Paulus*) confessio fit ad salutem.

55 Qui autem † audiunt confessiones, faxit Deus,
quod benè munus suum exerceant. Cogitet Episco-
56 pus, † examinet, perquirat, & expendat habilitatem,
mores, & requisita necessaria; vt quis iudicetur habi-
lis, & idoneus ad hanc iudicaturam spiritualem, & in
re tàm seria, & vbi est collocata fidelium omnium
salus; Hoc tribunal sicuti de more potius, & casu ab
aliquibus frequentatur, ita à multis pręsbiteris, & Re-
ligiosis eius importantia ignoratur, væ væ vobis.

Flete cum pænitentibus, charitate abundetis; di-
cebat enim *Paulus* 2. *Cor.* 11. quis infirmatur, & ego
non infirmor? (idest ex Vgone Cardinale) reputan-
do illam infirmitatem esse meam, quam tantum
compatior ei, ac si esset mea. Sed solum in confes-
sionarijs flete, vel coram Deo omnipotenti in ipso
actu confessionis; vndè menti perpetuò tenendum
57 est, quòd† extra necessitatem, & munus confitendi,
nemo sit, qui cum fœminis, & imberbibus amicitiam
intrinsecam ineat, bonum est homini, *Paul.* 1. *Cor.* 7.
mulierem non tangere, & optimè, *August.* Hospitio-
lium tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes
58 terant; omnes puellas, & Virgines† Christi, aut ęqua-
59 liter ignora, aut ęqualiter dilige. Vide ne † sub eodē
tecto māseris, nec pręterea castitate cōfidas, nec sāso
ne fortior, nec Dauide Sanctior, nec Salomone pote-
60 ris esse sapientior. Memento semper, quòd Paradisi †
colonum de possessione sua mulier eiecit, & ex
61 *Ambros.* Samson † validus, et fortis leonem suffoca-
uit, sed amorem suum suffocare non potuit, vincula
soluit hostium, sed suarum non soluit nexus cupidi-
tatum. Messes incendit alienas, sed vnius ipse mu-
lieris assensus igniculo, messem suæ virtutis amisit.
62 Fœmina † nil pestilentius; vndè Homerus.

Vsq. adeò nihil improbius, muliereq. peius.

Quiesco, nam alibi tractabitur hæc tàm magna, et
ampla materia; solum pro conclusione huius capi-
tuli dico, quod qui possunt non permittant has Reli-
giosorum intrinsecas cum mulieribus conuersatio-
nes, et familiaritates, maxime in ędibus priuatorum,
ipsi, fęminæq. sunt ex carne compositi, homo, et mu-
lier sunt tanquam forma, et materia; qui habet
aures

aures audiendi, audiat
63 Aquæ accipiuntur † pro calamitatibus, iusti enim,
et pauperes, harũ experti sunt, & vndiquè cooperiun-
64 tur, & infixi sunt in luto profundissimo Mundus †
eos odio habet, & persequitur. At Deus equis suis
vectus, vt bellator fortis, illis viam facit in aquis mul-
tis, & in luto illo, & indè eruet electos suos; Vndè
65 *Dauid.* clamabat, saluum † me fac (*Psalm.* 68.) Deus,
quoniam intrauerunt aquæ vsq. ad animam meam,
infixus sum in limo profundi, & non est substantia,
eripe me de luto, vt non infingar, libera me ab ijs, qui
oderunt me, & de profundis aquarũ, *Riber. in Habac.
Proph. cap. 3. sub num.* 46.
66 Afflictionem † etiam aqua significat, *Haye arbor.
concio. p. 1. tom. 1. in Gen. cap. 1. vers. 2. Spiritus Do-
mini, &c. conc.* 183. & hoc est mare profundissimum
familiare omnibus viuentibus; Vndè *Dauid.* intra-
67 uerunt † aquæ vsq. ad animam meam; sed non in-
quietare poteruut iustos, nec extinguere amorem, &
68 charitatem eorum, vt In *Cantic.* aquæ † multæ non
potuerunt extinguere charitatem.
69 Non timet † afflictionem, qui cum Deo est, sed in
ipsis læto manet animo, nec aliquid timet, cum ipsi
dicatur; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum,
& glorificabo eum; & alibi; veruntamen in diluuio
aquarum multarum, ad eum non approximabunt,
vbi *Bellarmin. super Psalm. 31. vers.* 8. & de istis etiam
loquitur aquis, *Cybò super 7. Psalm. vers. 2. custodia
matutina, &c.*
70 Gloriabantur, & † martyres in aquis afflictionum
suffocati, igneq; combusti, decollati, & trucidati, ca-
71 nentes, transiuimus (*Psal.* 65.) per ignem, & aquam,
& eduxisti nos in refrigerium; opus solum Deo di-
gnum (vt *Mazar. super Psal. Dauid. Miserere disc.* 59.)
72 quòd ignis refrigeret, † & aqua comburat, vel quòd
ignis sit, vt aqua frigida, vel quòd aqua frigida sit, vt
ignis.
73 Non ideò † istæ afflictionum aquæ sunt timendæ,
Apoc. 2. 10. sed læto animo, ac patienter sustinendę,
74 & ferendæ, nam † si per ipsas experitur nos Dominus
75 *Eccles.* 2. 1. *Iudith.* 8. 21. sunt enim † momentaneę,
& modum habent à Deo determinatum, *Genes.* 15.
13. & 14.
Afflicti gaudete communicantes Christi Passioni-
76 bus; de vobis enim dicitur, qui † seminant in lacry-
mis; in exultatione metent, venientes autem venient
cum exultatione portantes manipulos suos.
77 Ipse † Agricola, ait *S. August.* quando procedit, &
portat semen; nonne aliquando frigus est, ventus, &
imber deterret? Attendit Cœlum, videt tristem diẽ;
attendit, & expectat diem lętam, ne tempus transeat,
& non inueniat quid metat.
78 Quando videmus † derelictum, & quærentem præ
inopia panem; & illo vesci in sudore sanguinis, non
dicamus fatuum, nec damnatum esse à Deo, sed po-
79 tius cum *S. August.* Boni † laborant, quia flagellantur,
vt filij, mali exultant, quia damnantur, vt alieni.
80 Arbor † ex *Cypriano*, quæ alta radice fundata est,
ventis incumbentibus non mouetur, & nauis, quæ
81 † forti compage solidata est pulsatur fluctibus, nec
82 fertur. Et quando area † fruges ferit, ventos grana
fortia, & robusta contemnunt, inanes paleæ, flatu
portante, rapiuntur.
Standum est supra Petram, dicit Chrysostomus,
83 multi fluctus, & vndę immanes; sed † submergi non
vereor, quia supra petram stò. Insaniat licet mare,
84 petram † non potest commouere.
85 In Cęlis sunt † Ciues illi, qui in hac misera vita hac
afflictionum, & calamitatum grandine percussi; in
eorum manibus palmam martyrij portant; & nos
docent solũ miserias, cruces, calamitates, percussio-
nes, & mortes. Cogitas forsan, ò miser connumerari
inter hos Paradisi beatos ciues? intrabis quidem in
gaudium Domini tui, si sequeris Christi, & eorum ve-
86 stigia, tolle † tolle Crucem afflictionis, bibe aquam
calamitatis.
87 Aqua † significat Doctrinam Euangelicam, *Riber.
88 in Zach. Proph. cap. 14. num.* 31. qui explicat illam †
scripturam (& erit in illa Die, exibunt aquæ viuæ de
Ierusalem) quam non referri ad diem iudicij sentit, sed
intelligi de Doctrina Euangelica, quæ de Ecclesia
egreditur, vt totus irrigetur Mundus, vndè (ait) dici-
89 tur, repleta † est terra scientia Domini, sicut aquæ
maris operientis, ò potio suauis, salutaris, ac sapida,
90 quàm si quis † biberit in æternum non sitiet, idem,
Riber. num. 31. ibi.
Hanc Doctrinam quærite, ne efficiamini stulti, cor
91 † enim sapiens quærit Doctrinam; & os stultorum
pascitur imperitia, *prou.* 15.
Cogitatum tuum habe, ò homo, in præceptis Dei,
& in mandatis eius assiduus esto, & ipse dabit tibi
cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi, *Eccl.* 6.
Quæcunq. enim ait; *Paul. Rom.* 15. scripta sunt,
hæc est via tuta, quæ nos ducere potest ad Cœlum,
92 nolite cor † apponere ad diuitias, & ad stultam hu-
ius seculi doctrinam, hæc enim ducent vos ad æterna
93 supplitia; † doctrinam (*prou.* 8.) magis, quàm aurum
eligite.
94 Aqua † sumitur pro Dei gràtia, cuius effectus sunt
mirabiles in Christianos, qui hac fruuntur aqua, eos
95 † enim ita irrigat, quòd bonos fructus faciunt, & terra
cordis nunq. fit arida, *Gio. Gersone lib. 3. cap. 127.
dell' imit. di Christo. Titelman: paraphr. elucid. in Io.
cap. 4. Riber. in Amos. cap. 5. num. 30. in Nahum. 3.
num. 13. in Zachar. 14. num.* 56.
96 Terra † animæ nostrę post maledictionem spinas,
& tribulos germinat, est sterilis, nisi cęlestis gratiæ
imbribus irrigetur. At si etiam germinare incipiat,
arescit deficiente pluuia, vt *Iob.* 12. si cõtinuerit aquas,
omnia siccabuntur, ibidem, *Riber. in Amos. cap. 5.
num. 30. in fine, & num. seqq.* & vt *Esaias* 12. dicit
97 haurietis † aquas in gaudio de fontibus saluatoris;
98 non sic aquæ mundanæ, quę sunt † aquæ doloris, &
falsæ, non enim satiant, dicamus ideò ex corde, Do-
mine da mihi bibere, aperi Domine thesaurum tuum
99 fontem aquæ viuæ, vt † fecit samaritana, cui Christus
clarè explicauit naturam illius aquæ gratiæ, ad diffe-
100 rentiam mundanæ, nam illa semel † degustata, gu-
stans non sitiet in æternum, immò in anima bibentis
in Dies multiplicabitur aqua spiritualis gratiæ; &
tanquam fons viuus in eo scaturiet, atq; ebulliet, do-
nec eum perducat ad vitam sempiternam, *Titelman.
pharaph. in elucid. in Io. cap. 4. fol. mihi* 48.
Sed qui sunt tam fortunati, qui hac efficaci gratia
munitis

muniti , clamant quotidiè tanquam cælestis patrię
101 auidi, lętantes, lętantes ibimus? pauci † sunt electi,
licet multi sint ad hanc bibendam aquam vocati,me
remitto tamen ad ea,quę dicam suo loco,*in alijs meis*
tract. an nempè Christianorum maior pars saluetur,
vnum, pro nunc referam tantum quod dicit , *Sotus in*
4.sent. dist. 3. q. vn. art. 8. in fine (circa illam quæstio-
102 nem,an puer in † periculo mortis constitutus, si nõ
possit agua haberi , pro eo baptizando , possit tunc
puer in puteum proijci, vbi concludit negatiuè, cum
nullus sit cum tali mortis periculo baptizandus , ne
baptismus inductus ad viuendum,sit ei mortis causa)
103 nempè † iudicium Dei abyssus multa,qui Iacob di-
lexit, Esau autem odio habuit.
104 Hæc aqua † gratię dicitur aqua refectionis; vndè
propheta,super aquam refectionis educauit me,ani-
mam meam conuertit.
105 Per † aquam , natura Angelica ostenditur , vndè
dicitur in sacra scriptura , diuisit aquas ab aquis , sed
quia alia dicemus sub alio titulo circa hanc materiã;
pro nunc ad alia me transfero.
106 Aqua † virtutes etiam significat;quod verificatur
107 ex illo dicto sacro,*Genes.3.*multiplicatę † sunt aquę,
& eleuatæ sunt.
108 Virtus † hominem introducit ad dominia,& bea-
tum illum facit; vndè , *Plaut. in amphit.*
109 *Virtus † omnibus rebus anteit profectò ,*
Libertas , salus , vita , res , parentes ,
Patria , & prognati tutantur , seruantur :
110 *Virtus † omnia in se habet, omnia , adsunt*
bona, quem penes est virtus.
Et Virgil. Æneid. lib. 2.
Disce puer virtutem ex me, verumq. laborem.
Fortunam ex alijs , nunc te mea dextera bello.
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Et Horat.
Non possidentem multa vocaueris
Rectè beatum rectius occupat
Nomen beati , qui deorum
Muneribus sapienter vti ,
Duramq. calet pauperiem pati ,
Peiusq. letho flagitium timet
Non ille pro charis amicis ,
Aut patria timidus perire
Et Maph. in Virgil. l. 13.
Vehet super ætera virtus .
O virtus chara , quæ omnium principium conser-
uat : vitium labefactat.
O virtus ardua , laboriosaq. generi humano , pul-
cherima vitæ inuentio. Tuam, ò virgo, ob venusta-
tem , etiam mori in Græcia optabilis habetur mors,
ad labores vehementes , & indefessos perpeti talem
pectori inseris fructum immortalem , aut potiorem,
& parentibus , & lenissimo somno. Tua verò gratia
Hercules Ioue satus, Ledæq. filij multa perpessi sunt,
suis factis,quod possent declarantes.
111 Cum labore † igitur (*ex Pythagor.*) coniuncta
magis,quàm cum voluptate ducas conferre ad virtu-
tem ;virtus enim est proprium hominis bonum , sed
nulla sine labore virtus est , quia labor processus est
virtutis.
Et virtus ex *Senec.* extollit hominem,& supra astra
mortales collocat , nec, & quæ bona, aut mala vocã-
tur,aut cupit nimis,aut expauescit,nec ideò,vlla pos-
sessio,nulla vis auri , & argenti , pluris,quàm virtus
ęstimanda est.
Cogitas forsan sine labore mercedem consequi,
112 virtutem adipisci? non quidem , homo † enim na-
scitur ad laborem , ait *Iob.* 45. & auis ad volandũ,
113 & *Genes.* 3. maledicta † terra in opere tuo, in labo-
ribus comedes ex ea; debemus,ideò laborare Die,ac
nocte,vt docet nos, *David. Psalm.* 1. meditari in lege
Domini Die , ac nocte; et alibi , *Psalm.* 82. ostendit
nos aliquid non possefacere , nisi cum labore; existi-
mabam(ait) vt cognoscerem hoc,labor est ante me;
nam in hoc seculo infelici continuò laborandum
114 est, velle, nolle, secus in † Regno Cœlorum,de qui-
bus dicitur , Amodo dicit spiritus , vt requiescant à
laboribus suis; ad quod perueniemus , si vita nostra
erit in laboribus , labor est , ait Poetarum Princeps ,
superis euadere ad auras.
115 Vnge † caput tuum, & faciem tuam laua,hoc di-
ctum,est pro nobilioribus , & dignioribus,ac virtute
116 præditis , cum Deus † nunquam ordinauit vnctio-
nẽ pro putridis,& malè olentibus,vt dicit, *P. Albrit.*
117 *contion.* 1. *num.* 11. qui virtutem † plenam esse lę-
titia dicit,& omni ex parte iocundam; & *in contion.* 2.
num. 18. *& seqq.* non admittit excusationem ; cur
118 † viuentes virtutem non sequantur , immò igno-
minia est allegare has purgationes incongruitatis
temporis,paupertatis,loci, commoditatis,abundan-
tię,iuuentutis, infirmitatis,nobilitatis,superioritatis,
laboris , senectutis,breuitatis vitę , & similium,nam
hęc te condemnant ; vndè erubesce , *Isai.* 23. Sidon,
ait mare.
119 Aqua † baptismum significat , legitur enim *leuit.*
120 15. laui te aqua , † vnxi te oleo ; de quo baptismo
satis superius dixi, &c.
121 Aqua † Spiritum Sanctum ostendit ; vndè *Io.* 7.
122 dicitur,flumina † de ventre eius fluent aquę viuę; &
in Sacra Scriptura *Esa.* 44. 3. *Io.* 3. 5. *Hebr.* 10. 22.
123 O quam bona , & † suauis est ista Spiritus Sancti
aqua,de qua *sapien.* 12. 1. ò quàm bonus , & suauis
124 est,Domine Spiritus tuus in omnibus, charitas, † *S.*
Paul. Rom. 5. Dei diffusa est in cordibus nostris , per
Spiritum Sanctum , qui datus est nobis , & *Eph.* 1. si-
125 gnati † estis Spiritiu Sancto promissionis,qui est pi-
gnus hæreditatis nostrę.
126 Aqua est ista,ò homo,quæ † consolatur nos in af-
flictionibus nostris, vt, *P. Albrit. cõtion.* 4. *n.* 3. & dum
127 flamma nos ardet,& consumit, luxurię aqua Spiri-
tus Sancti reddit nos intactos , et ab omni impurita-
te, libidine, ac periculo vacuos, et ereptos,vt de exi-
stentibus in fornace Babylonis euenit, vndè dicitur ,
& excussit flammam ignis de fornace .
128 Aqua Spiritus † Sancti est clara,viua,et chrystali-
na , quam non gustabunt homines fallaces , ficti , et
129 deceptores , qui † semper manent in aquis turbidis
maris conscientię intricatę , et à fluctibus agitatę; et
licet videatur,quod in eis regnet exultatio,vt *prou.* 2.
130 lętantur , † cum malefecerint , et exultant in rebus
pessimis ; tamen in *prouerb.* 18. mutabitur lętitia in
opprobriũ , impius,cum in profundũ peccati venerit
contemnet, sequitur eum opprobriũ, et ignominia.

131 Me-

131 Meritò igitur † Spiritus Domini aufugit à Saulo,
& ab eo recessit, nam fuit fallax, vt *Sap.* 5. Spiritus
132 † Domini effugiet fictum; non enim eadit hęc aqua
133 lucis super peruersos, & iniquos, vndè *Iob.* 29. lux †
vultus mei non cadebat in terram, ò quàm bene lo-
134 quitur *sapientia* 1. in † animam maleuolam non in-
intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito
135 peccatis; possunt † quidē homines esse litterati, sed
non omnes sapientes, & hæc intelligentes;
Sapiens quòd quis sit apud Deū, & apud homines
136 fieri non potest, quia † sapiens apud homines est stul
tus, nam *Zac.* 3. optimè ad propositum, non est, dicit
ipse, ista sapientia desursum descendens, sed terrena,
animalis, & diabolica, & *Barruch.* 3. filij Agar exqui-
sierunt prudentiam, quæ de terra est, sed viam sapiē-
tię nescierunt.
137 Concludamus, quod hæc † aqua Spiritus Sancti
in se continet omne bonum, & veram sapientiam; &
si tu prætendis eam habere in corde tuo, vide, an hæc
verba in operatione tibi conueniant, est (ait *Zac.* 3.)
138 † primum pudica, deindè pacifica, modesta, suasibi-
lis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus
139 bonis: qui est † disciplinatus (*ex eodem*) ostendat ex
140 bona conuersatione operationem suam; pete † cū
Augustino, & clama, sanctum semper in me opus spi-
ra, vt cogitem: compelle, vt faciam: suade, vt te dili-
gam: confirma me, vt te teneam: custodi me, ne te
perdam.
141 Aqua † dona Spiritus Sancti ostendit, & signifi-
cat, *Riber. in proph. Amos. cap.* 5. *nu.* 31. & in *Nahum.
cap.* 3. *sub. num.* 13.
142 Aquirere gratis † si vis, potes thesauros cælestes;
sed (vt in *prouerb.* 6.) discurre, festina, suscita amicum
tuum; non auro, & argento emere debemus, nil
que de nostro ponere, sufficit, quòd corda nostra
sint munda, & confiteamur peccata nostra dolentes,
beati nos, si mundi erimus, *Inuenit eos receptacula
munda, & tribuit eis Carismata dona*, dicamus, dica-
143 mus cum Dauide, *Psalm.* 50. cor † mundum crea
in me Deus; tunc enim multiplicabunt gratiæ & do-
na Spiritus Sancti in nobis; Requiescet (ait *Isa.* 11.)
144 super eum † Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiri-
tus consilij, & fortitudinis, Spiritus sapientiæ, & pieta-
tis; & replebit eum Spiritu timoris Domini, & *Io.* 16.
145 paraclitus † Spiritus Sanctus docebit vos omnem
veritatem.
Qui vult esse capax donorum Spiritus Sancti, debet
146 esse modestus, castus, & discretus; fructus † autem
Spiritus sunt, modestia, continentia, castitas; Indui te
subtilibus, & ornamento ornaui te, & *cap.* 10. linguas
infantium facit disertas;
Concludamus cum *Gregor. in moral.* porrò adfa-
147 ciendum † bonum quid in nobis bonus Spiritus
operatur; profectò monet, mouet, & docet: mo-
net memoriam; mouet voluntatem; & docet ratio-
nem; nec minimam paleam intra cordis, quod pos-
sidet habitaculum patitur residere; sed statim igne
subtillissimè, circumspectionis, & compunctionis exu
rit Spiritus dulcis, & suauis.
148 Aqua † scripturam ostendit, & significat; vt *Esai.*
149 50. in aqua resplendet † virtus respicientium.
150 Aqua † scripturæ sacræ est nobis necessaria, vt ci-
bus, nam *Amb.* ait; cælestium scripturarum eloquia
discutere, ac polire debemus, toto animo, ac corde
versantes; vt succus ille spiritualis cibi in omnes ve-
nas animæ diffundatur.
Cibus scripturæ est optimus, nonq. generat pra-
uos humores; iusti sunt (*prou.* 8.) omnes sermones
151 † mei, non est in eis prauum quid, neq. peruersum:
recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus
scientiam.
Non permittamus ergo alios fame perire, impe-
dientes bonum, sed scripturæ claues tradamus disce-
re volentibus; nec immò, prout multi faciunt, agere,
qui nec ipsi in Sacra Scriptura se occupant, nec alios
152 benè agere permittunt; væ † vobis legisperiti: qui
tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui
introibant, prohibuistis, *Luc.* 11.
Beatus, qui hæc intelliget, & columnis fortissimis
Patrum eam declarantium adhærrebit.
Firma, & insuperabilis manet eius auctoritas;
153 Titubat † enim (*ex Aug.*) fides, si diuinarum scri-
154 pturarum vacillet auctoritas. Porrò fide † tituban-
te, etiam ipsa charitas languescit.
Et si quis apposuerit ad hæc; apponet Deus super
illum plagas scriptas in libro illo. Et si quis dimi-
nuerit de verbis libri huius, auferet Deus Patrem
eius de libro vitæ, *Apoc.* 22.
155 Aqua † Ecclesiam Dei significat, nam aquæ mul-
156 tæ † Populi multi.
157 Caput † Ecclesiæ est Christus, nos autem mem-
bra sumus: *Ose.* 2. *v.* 2. 1. *Paul. ad Cor.* 12. 27. *eph.*
1. 22. & 4. 15. & 5. 23. *Col.* 1. 18. & 2. 10. Ecclesiæ
quasi membra quædam, sunt veri fideles eidem capi-
ti Christo subiecti, cuiuscunq. nationis fuerint, siue
Iudæi, siue Gentiles, *Esai.* 43. 9. *Io.* 10. 16. 1. *Cor.* 17.
12. *eph.* 3. 6.
158 Quam Ecclesiā † proprio sanguine comparauit
D. N. Iesus Christus, *Act.* 20. 28. 1. *Paul. ad Cor.* 6.
20. & 9. 23. ac alibi multis in locis, & ipsa fundata
159 † est supra firmam Petram, & ego, *Matth.* 16. dico
tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo
Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt
aduersus eam. Et licet sit Petra, non tamen in pa-
rietibus consistit, sed, *vt Hieronym. ait*, in dogmatum
160 veritate: Ecclesia † ibi est, vbi fides vera est: Ec-
clesia autem vera illic erat, vbi vera fides erat, & illa
161 † est Ecclesia, quæ fidem integram Christi seruat.
Beati fideles existētes in gremio fidei Christianæ,
qui veri filij istius Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ vocā-
162 tur, vndè dura erit separatio † in Die Iudicij, quandò
Angeli separabunt impios, ingratos, et eos qui sine
fide, idest operibus, vixerunt de medio iustorum; illi
163 illi, † Petri hæreditatem non consequentur, quia fi-
dem Petri non habuerunt.
164 Aqua † Christi merita significat, de qua dicitur,
165 percusit Petram, et fluxerunt aquę.
166 Regnum Cœlorum † vim patitur, nec nos possu-
167 mus saluari, nisi ex meritis, et Christi Passione; sic †
opportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam
168 suam; et tu homo † prætendis ad vitam ingredi sine
operibus, et sine labore, quam mercedem habebis si-
169 ne operatione? non † coronabitur, nisi qui legitimè
certauerit; vita nostra militia est; vndè *Cassiodorus*;
hæc

170 hæc est magnarum ratio virtutum, vt † quanto plus
homo laborat, tanto plus mercedis aquirat.
171 Imitatores Dei estote, qui dum vixit † in hoc ter-
reno sęculo, fleuit, & continuò in Cruce stetit; vidi
172 flentem, nunquam ridentem, melius † est, *Eccles*. 7.
ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.
In illa enim finis cunctorum admonetur hominum,
& viuens cogitat, quid sit futurum, & *Ouid*. 7. *met*.

Flebile principium melior fortuna sequuta est,
Gaudia principium nostri sunt sæpè doloris.

173 Et ego semper † exitum felicem speraui in ijs, in
174 quibus habemus contradicentes, non est duratura †
175 sors sine contradictione, & dulcior est victoria †
176 post crudele bellum, chariusq. est illud, quod† cum
sanguine, ac sudore acquiritur.
177 Et multos andiui impetuosè ad dignitates as-
sumptos, cum sonitu cytharæ, & cum melodia, absq.
tamen litteris, vti picas, & psytacos, qui sine intelle-
ctu loquuntur, homines dico, sine meritis, & habilita-
te, lacrymosè recitare illud, *Iob*. versa est in luctum
cythara mea, & organum meum in vocem flentium.
178 O Principes, qui † eligitis Asinos, immò Lupos
rapaces in ministros ad instantiam generationis pes-
simæ, prauæ, & adulteræ, nempè potentum, & inimi-
179 corum publicæ quietis, super vos, in Domibus † iu-
dicum tractantur latrocinia, vindictæ, rapinæ, &
omnia mala contra infelices subditos, super vos dixi,
quia teneris ò Princeps reddere tationem de mala
iudicis electione.

Nec dicas, possunt recurrere subditi ad Principē,
180 si per iudices fiat iniuria, & iniustitia, quia † diffici-
lem semper vidi accessum ad Principes, ob eorum
Maiestatem, & ne per continuam inquietudinem
ægrotarent, vel in febrim ex labore inciderent; ò Me-
181 dici † Principis inimici; dum procuratis sanitatem
corporis, eidem suadentes, vt pro ea tuenda se ab-
stineat ab audientijs, & laboribus pro indemnitate
eius subditorum, animam interficitis, non morietur
182 † Princeps, si per aliquod spacium cōueniens subdi-
183 tos auscultabit quotidiè; bonus est † pastor, qui dat
animam suam pro ouibus suis.
184 Hæc † est animi relaxatio, non autem tædium, &
185 Deus facientes adiuuat; † quanti homines Iudices
186 assumpti, etiam ætate confecti, † tempestiuè de
mane surgunt, & continuò laborant vsq. ad vesperā,
sine intermissione, & tamen bona vtuntur valetudi-
187 ne; istis dicetur, vade (*Eccl*. 9.) ergo, & † comede in
lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuū,
188 quia placent Deo opera tua; Principibus † autem,
& iudicibus otiosè, & impensatè viuentibus, & non
curantibus subditorum afflictiones, & oppressiones,
immò eos deglubentibus, & iniquè iudicantibus, di-
cetur.

Audite ergò Reges, & intelligite, discite Iudices
finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis ini-
quitates, & placetis vobis in turbis nationum. Quo-
niam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab
Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitatio-
nes scrutabitur. Quoniam cum essetis Ministri re-
gni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem
iustitiæ, neq. secundum voluntatem Dei ambulastis.
Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam durissi-
mum in his, qui præsunt fiet. Exiguo enim concedi-
tur misericordia, potentes autem potenter tormen-
ta patientur. Non enim subtrahet personam cuius-
quam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquā:
quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter
est illi cura de omnibus: fortioribus autem fortior
instat cruciatio.

Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt disca-
tis sapientiam, & ne excidatis. Qui enim custodie-
rint iustitiam, iustè iudicabuntur; & qui didice-
rint iusta, inuenient, quid respondeant.
189 Non omitto, quòd † aqua sicut diffunditur vtili-
ter ad omnia, ita Princeps faciat ad subditos, non sit
190 Leo rugiens, † nec esuriens super Populum, quem
aridum non dimittat, sed illi abundè prouideat, sitq.
191 † magis amicus aquæ, quàm vini, & illa potius vta-
tur quàm vino; sed dicet quis, quòd fatuus esset Prin-
ceps, si vellet aquam bibere, & dare vinum pauperi-
192 bus, immò Principi † conceduntur vina fortissi-
ma, cretica, & mera, pauperibus verò, et alijs inferio-
ribus vina diluta, et secundaria.

O Princeps non dico mendacium, nec malè lo-
quor, in *prouerb*: 31. hoc meum assumptum funda-
193 tur. Noli Regibus date vinum, quia † nullum secre-
tum est, vbi regnat ebrietas: Ne fortè bibant, et
obliuiscantur iudiciorum, et mutent causas pau-
peris.

Bibe vinum, ò Princeps, sed noli inebriari vino; bi-
194 be vinum, ò Iudex, sed noli inebriari vino, in quo †
non solum luxuria est, sed per illud, quod nigrum est,
fit album, et orbis inuersus ambulat; fuge Princeps
Iudices ebrios, quia nullum secretum est, vbi regnat
ebrietas, vt iam supra dixi, et sicut (apud *Max. serm*.
195 30.) aqua † aduersatur igni: sic immoderatus vinī
potus rationem extinguit temperantem.

Parce lector, si sumpsi calamum pro aquis, et scri-
psetim de vino, quia qui componunt aliquando ad
ea, quæ imparatè in mentem veniunt, se applicant, et
recedunt à materia præuisa.
196 Aqua, † gloriam etiam significat Cœlestem, et
Paradisum; quod benè explicauit, *David*. *Psalm*. 41.
197 quemadmodum † desiderat ceruus ad fontes aqua-
rum, ita desiderat anima mea ad te Deus; ad hanc
gloriam, non autem ad mundanam aspirare debe-
mus, et alter in alterum contendentes, procurare pri-
mas illius regni sedes, & ibi maiores fieri, ac primatū
habere inter Dei filios; benè ideò, *Paulus* 1. *Cor*. 2.
198 Æmulamini † Charismata meliora.
199 Facilis est † aditus ad Cœlum post Christi incar-
nationem, et Passionem; nam prius arcta erat via,
quæ ducebat ad salutem, et pauci eam inueniebant,
lata autem, et spaciosa, quæ ducebat ad perditionē,
et multi eam inueniebant; Nunc autem Cœlorum
Regnum compelluntur Christiani intrare; iuxta illud
Euangelij, compelle eos intrare.
200 Sunt tamen † necessarij funes Cœlestes, nemo
enim (*Io*. 6.) veniet ad me, nisi pater meus, qui misit
me, traxerit eum.

Estq. necesse, quòd prius dissoluantur hæc ligami-
201 na, et catenę, nam simul † non conueniunt Christus,
et Diabolus, nemoq. potest duobus Dominis seruire,
202 accedite, accedite ad Deum, † et dicite, trahe me
post

post te, & dirumpentur Diaboli catenę, & funes, & ex-
pugnabuntur inimicorum carceres, & succincti eritis
à Redéptore aureis funibus, & gloria, & cum *David.*
203 *Psalm.* 15. dicetis, funes † ceciderunt mihi in præ-
claris, etenim hæreditas mea præclara est in eis.
Quis est ex vobis, qui Cœlum aspiciat, & desideret
hen Regni rerumq. oblitę tuarum? clama, clama cũ
Davide concupiscit, & deficit anima mea in atria
Domini; quando, quando veniam, & apparebo ante
faciem Domini? moriar, vt te videam. *P. Albritius*
contione 10. *num.* 17. *cum seqq.* qui *num.* 20. *cum*
204 *seqq.* ostendit mirificè hoc Cœlorum † Regnum
cum motu acquiri, vndè *Arist.* eorum, quæ nata sunt
habere bonum perfectum, aliquid habet ipsum sine
motu, aliquid vno motu, aliquid pluribus; & *Iob.* ante
205 refocillationem dicit, præcedere suspirium; † ante-
quam comedam suspiro.
206 Aqua † sapientiam significat, quæ est cognitio
207 rerum diuinarum, † ad differentiam scientię, quæ
208 est humanarum; † vndè *Augustinus* ait sapientia est
209 † in contemplatione æternorum; scientia verò in
210 † occupatione temporalium; ad prædicta, *Riber. in*
Nahum. cap. 3. *num.* 32. *Haye arbor. conc. in Genes.*
cap. 1. *super illis verbis Spiritus Domini &c. vers.*
211 2. *conc.* 181. nam † sicut aquis sitim extinguimus,
ita cognitione rerum mentis desiderium satiamus;
212 mortales sitim † habent temporalium, & munda-
narum aquarum, quæ confundunt intellectum, & pa-
riunt obscuritatem, nec satiant; ideò meritò Deus
omnipotens de mortalibus iustè conqueritur, di-
213 cens, dereliquerunt † me fontem aquæ viuę, & fo-
derunt sibi cisternas dissipatas.
214 Et quidem fons † iste aquę viuę est scientia rerum
215 diuinarum, Cisternę † verò dissipatę sunt scientię
humanę, & naturales, & dicimus, Spiritum Domini,
216 † ferri super aquas, quia naturaliter fertur ad scien-
tias acquirendas; quatenus autem intelligimus de
Spiritu Sancto, non sic, quia ipse naturaliter non fer-
tur ad eas acquirendas, cum scientiarum omnium
sit fons, & origo.
217 Ad sapientiam † pertinet ęternorum rerum co-
gnitio intellectualis.
218 Ad † scientiam verò temporalium rerum ratio-
nalis.
Et quia agitur de sapientiæ aqua, potionem acci-
pite, ex paruo meo fonte, nam vltra prædicta aliqua
vobis proponam non ingrata.
219 Sciẽdum ergo, quòd † intellectus, & voluntas solũ
220 sunt potentiæ rationales, nam † irascibilis, & con-
cupiscibilis nõ sunt, nisi ex participatione, quia, cum
imperio intellectus, & voluntatis comprimuntur.
221 Virtutes aliæ † sunt intellectuales, quæ scilicet in
222 intellectu sunt, aliæ sunt in voluntate; † & vocantur
morales.
223 Intellectuales † sunt ordinatæ ad cognoscendum
verum.
224 Morales † ad desiderandum bonum, tàm in ope-
rando, quàm in passionibus.
225 Sed recedant philosophi, nam † eorum sapien-
tia est mera speculatio, quæ non continet operatio-
nem, nec practicam; & ista est in intellectu; illa
226 † Christi est theorica, practica, & in operatione
cõsistit; nam in superiori parte rationis, & intellectus
stat, quæ ad diuina intelligit tanquã contẽplatibilia,
& tanquam operabilia, & ignorantiæ tenebras ab in-
tellectu pellit.
Recurramus ergo ad Christum, nam cito cũ *David.*
dicemus *Psalm.* 7. venerunt mihi omnia bona pari-
ter cum illa, & innumerabilis honestas per manus il-
227 lius, ite, ite ad Petram, & dabit vobis aquas, Petra †
autem erat Christus, loquimini ad Petram, & illa
228 dabit vobis aquas, nam sapientia † huius mundi
vana, & mera stultitia est, ideò fugienda, *Iob.* 5. 13.
Prou. 3. 7. *Isa.* 44. 25. *Ier.* 4. 22. *Paul. ad Rom.* 1.
22. *&* 18. 25. *&* 12. *v.* 6. 1. *Cor.* 1. *v.* 9. 20. *&* 2.
v. 5. 6. *&* 3. 19. 2. *Cor.* 1. 12. *Iac.* 3. 15. qui 3. 5.
229 scientiam † terrenam vocat animalẽ, & diabolicam.
230 Sapientia, vt † speculum se videre facit, aut pul-
231 chram, aut deformem ad instar aquæ; in aqua †
Prouerb. 27. resplendet vultus perspicientium.
232 Oues † Iacob conspiciebant, vt in speculo in his
233 aquis claris, & clara est, quæ † nunquam marcescit
sapientia: facilè videtur ab his, qui diligunt eam, &
inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat, qui
se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Omnia
234 † Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.
235 Sit nomen Domini † benedictum à seculo vsq. in
seculum; quia sapientia, & fortitudo eius sunt. Con-
fitebor tibi pater Domine Cœli, & terræ, quia abscõ-
disti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea
paruulis, fac bone Iesu nos esse huius scientiæ ca-
236 paces, & vti † paruulos fac nos ad te venire, ne con-
tra nos ignorantes locum habeant sacra dicta fulmi-
nata; neminem scilicet diligit Deus (*Sap.* 7.) nisi eũ,
237 qui † cum sapientia inhabitat: est enim hæc spe-
238 ciosior sole, & *Esa.* 27. non est † enim Populus sa-
piens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum,
& *Osee* 4. Populus non intelligens vapulabit: sapien-
239 tes ideò † simus, & vti tales timeamus, vt dicitur in
340 *Prouerb.* 14. & declinemus † à malo, & non quasi
insipientes ambulemus (*Eph.* 5.) sed vt sapientes, re-
dimentes tempus, quoniam dies mali sunt, & in ora-
tionibus vigilemus. Volo autem, dicit *Paulus* vos
241 esse † sapientes in bono, & simplices in malo, nec
prudentes apud vos metipsos, sed si quis videtur sa-
piens inter vos in hoc seculo esse, stultus fiat, vt sit sa-
142 piens, nam † in facie prudentis lucet sapientia; nec
243 plus sapere, † quàm oportet sapere, sed sapere ad
sobrietatem.
Continuando materiam istius aquæ sapientiæ, ali-
qua vtilia considerãda proponuntur, & nempè quòd
244 † sapientiæ assimulatur aqua pluuia, quæ de Cœlo
venit, non ea, quæ ex abyssis; quod *Moyses* ostendit
245 *Deut.* 32. concrescat, vt † pluuia doctrina mea, fluat
346 vt ros eloquium meum. Pluuia † reddit terram
fructiferam; sapientia nos bonorum operum plenos,
& satios dimittit; vndè *David.* mirificè scriptum re-
247 liquit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super †
aquam refectionis educauit me, *Psalm.* 22.
248 Vis esse † sapiens? bibe has aquas, considerando
virtutes intellectuales; intellectum nempè circa pri-
ma principia: scientiam circa conclusiones; sapien-
tiam, quæ has duas includit circa causas altissimas:
249 Prudentiã in † rebus agibilibus, artẽ in factibilibus.

250 Cōsideremus etiā † virtutes morales hoc modo,
nempè, circa operationes erga proximum, iusti-
tiam.
251 Circa † Deum, pietatem.
252 Circa † maiores, obseruantiam.
253 Circa † pares, amicitiam.
254 Circa † inferiores, & subditos, clementiam.
255 Circa † Principes, obedientiam.
256 Circa † timorem, fortitudinem.
257 Circa † passiones concupiscibiles, temperantiā.
258 Circa † spem, & desperationem, magnanimita-
tem.
259 Circa † iracundiam, & irascibilitatem, mansuetu-
dinem.
260 Circa † diuitias, liberalitatem, & magnificen-
tiam.
261 Circa † dignitatem, grauitatem.
262 Circa † amorem mulierum, fugam.
263 Circa † res graues, affabilitatem.
264 Circa † verba, veritatem.
265 Circa † cibos, abstinentiam.
266 Circa † potum, sobrietatem.
267 Circa † motus corporis, modestiam.
268 Circa † tribulationes, patientiam.
269 Si † bonum expectas, sis constans.
270 Si † habes difficultates, spera.
271 Si † tardant, perseuera.
272 Circa † præsentia, sis circumspectus.
273 Circa † præterita, cautelam.
274 Circa † futura, prouidentiam.
Cautè agamus, ò dilecti, & corde ponderemus hęc
salutifera remedia; videte fratres (*Paul. ait eph. 5.*)
275 quomodo † cautè ambuletis, non quasi insipientes,
sed vt sapientes, redimentes tempus; & *in Eccles. 4.*
276 fili conserua † tempus, & deuita à malo.
277 Aquæ Siloè † ibant cum silentio, & erant claræ,
278 illæ verò Ægipti † erant turbidæ, & cum rumore
279 currebant; primæ aquæ † sunt sapientes, secundæ
280 sunt, & significant dementes, & fatuos, † & eos, qui
nunquam in pace viuunt; quid tibi (*Hierem. 2.*) vis
in via Ægipti, vt bibas aquam turbidam.
Sed nostris hodiernis temporibus; vbi est quies, &
281 pax? bella; † & discordiæ florescunt, nec alia aqua
reperitur, nisi turbida, & rapida, cum rumore, & stre-
pitu currens, Pater contra filium, filius contra Pa-
trem, vxor contra virum, & vir contra vxorem, Frater
contra Fratrem, amicus contra amicum, crudeliter
insurgunt.
282 Non erit pax, vbi sunt scelera, † non est purgata
conscientia, sed contaminata, & putrida sunt corda;
283 & interna; non est † inter nos mutua dilectio, amor,
& concordia, quia amici Dei non sumus ob scelera
284 nostra, estq. homo † Lupus rapax contra alium ho-
285 minem, quærit quæ † sua non sunt, & non tondere,
sed deglubare pauperes, pupillos, & viduas studet;
286 non mirum igitur, si † ob nostram duritiem cor-
dis, & malam vitam Dei protectione, & benedictione
287 caremus, nam, ex *Paul.* cum † in peccato manea-
mus, digni sumus maledictione; ite maledicti in ignē
æternum, non autem benedictione, nec tunc nobis
288 conuenire potest illud *Esaia* dictum, & sedebit † Po-
pulus meus in pulchritudine pacis, & tabernaculis
fiduciæ, & in requie opulenta.
Non perueniet pax, quæ quotidiè in missis datur
289 Populo à Sacerdote, ad domos nostras, cum enim
non sumus filij pacis, pax non requiescet super nós,
vt *Luc. 10.* ex illis verbis, in quamcumq. domum in-
traueritis, primùm dicite pax huic domui, & si qui-
dem fuerit ibi filius pacis, requiescet super illum pax
vestra; sin autem ad vos reuertetur.
Et licet apparenter videatur pax adesse, nō omne
290 † quod lucet aurum est, in corde enim latet odium;
ideò iure merito *David.* de his conquerebatur, *Psal.*
291 28. Ne † simul tradas mecum peccatoribus, qui lo-
quuntur pacem cum proximò suo, mala autem in
cordibus eorum, da illis secundum opera eorum, in-
ter istos connumerantur nostri domestici, & familia-
292 res, vt *Matth. 10. & Luc. 12.* inimici † hominis do-
mestici eius, ò aqua turbida, & pestifera, à qua liberet
nos Deus misericors; & præcipuè eos liberet Princi-
293 pes, qui † permittunt eorum consanguineos, dome-
sticos, & familiares gubernare, nam cum nemo præ-
sumat contra eos querellas proponere, pessimè re-
gendo, culpas, culpis, & pœnis contra insensatū Prin-
cipem cumulant, & contra eum iram Dei, & flagella
294 concitant; qui † habet aures audiendi audiat, &
295 qui potest capere, capiat; nam intelligenti † pauca.
296 Aqua est † elementum, quod fit conforme, & ad-
hæret ijs rebus, quibus est contiguum, nam ipsa inter
297 † euaporantia feruet, inter vmbrosa frigescit, sole
repercussa exestuat, niuibus irrigata, glaciali humore
coalescit, meritò igitur aqua pro sapientia accipitur,
298 ille enim verè est sapiens, qui † omnibus fit confor-
mis, omnibus omnia (*Paul. ait*) factus, vt omnes lu-
crifacerem.
299 Hinc finis † eorum, qui scientias acquirere pro-
curant, debet esse directus, non ad seipsum tantum,
300 sed principaliter ad proximum suum; omne † enim
bonum est sui ipsius communicabile; vndè *in Eccl.*
301 25. Beatus, † qui enarrat iustitiam auri audienti,
302 *& 1. Esdr. 7.* docete † imperitos liberè;
Hæc doctrina, & sapientia est melior, quàm diui-
303 tiæ, quaproter in *Prouerb. 8.* dicitur, doctrinam †
304 magis, quàm aurum eligite; nam vir peritus † *Eccl.*
33. multos erudit, & animæ suæ suauis est.
305 Fili (*Eccl. 6.*) à iuuentute † tua excipe doctrinam,
& vsq. ad canos inuenies sapientiam. Quasi is, qui
arat, & qui seminat: accede ad eam, & bonos fructus
306 ab ea expecta. O quam † dulcis est sapientia, quàm
307 saporiti fructus, comede igitur, comede, † *Prouerb.*
24. fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimū
gutturi tuo: sic, & doctrina sapientiæ animæ tuæ:
308 quàm cum inueneris, † habebis in nouissimis spem,
& spes tua non peribit.
Si naturaliter quis hanc sapientiæ aquam bibere
309 desiderat, cur † ad Christum non properat, cur non
310 currit, & erit sapiens, sapientia † enim, ex *Paul. Cor.*
1. 1. est per fidem Iesu Christi, & *in Eccles. 1.* omnis
311 † sapientia à Domino Deo est, & in *Esai.* Requie-
312 scet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ,
& intellectus.
313 Et hoc sapere, est † addiscere iudicium, rectè iu-
dicare, & ordinare, ac in contemplatione, & in actio-
314 nibus, quantum sufficit ad salutem (*1. Io. 2.*) vnctio †

eius

eius docebit vos de omnibus, de omnibus inquam;
quorum cognitio est necessaria ad salutem.
315 Vnde nos non loquimur de illa † sapientia, quæ
est gratis data, nam hæc homini non est necessaria, &
de hac loquitur, *Paul. Cor.* 1. 12. Alij datur sermo
sapientiæ, alij sermo scientiæ, & eam habent aliqui
homines, sed non omnes. Sapientiam loquimur, *Pau.*
1. Cor. 2. inter perfectos, & ista est iudicare rectè de
mysterijs altæ fidei, & nostras, immò etiam alienas
ordinare actiones ad æternam salutem.
316 Veniat † ergo, vt aliàs dixi, Christus, à quo omne
bonum, omnis virtus, & sapientia dependet. Virtus
317 † est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bo-
318 num reddit; huiusq. † virtutis formale est bonum,
319 sed cuius bonum? hominis; formale † verò homi-
nis quid est? ratio, mens.
Si ergo naturaliter quilibet sapientiæ aquam desi-
320 derat, cur † reperiuntur aliqui, qui eam negligunt.
Certè non alio modo potest concludi, nisi quòd
321 tales sint ratione priuati, nec distinguant, nam †
bonum omnibus placet, malum autem euitatur ab
omnibus;
322 Stulti igitur sunt isti, † vt *Prouerb.* dicitur 1. sa-
pientiam, atq. doctrinam stulti despiciunt, suntq. in-
323 felicissimi, vt *cap.* 3. sapientiam, † & disciplinam
qui abijcit, infelix est.
O miseri, quia in obliuionem posuistis Deum, qui
vera est sapientia; audite sententiam in *Deut.* 8. 19.
324 20. obliti † Dei peribunt, & alibi 32. *v.* 18. *Iud.*
325 3. *v.* 7. oblitus † Dei Israel affligitur; non mirum
326 si pestes veniunt, † infirmitates, contentiones, &
bella multiplicant, quia Christiani obliti sunt Dei,
327 ambulant in tenebris, & cum † diuites sint, & potē-
tes, vti beneficiorum immemores, non curant sapiē-
tiam; non laborant, quasi quod cum sint diuites, sa-
cra dicta eos minimè comprehendant, sed decipiun-
tur, nam (*Genes.* 2. 15. *&* 3. *v.* 17. 19. *Exod.* 20. 9. *&*
328 34. 21. *& alibi in Sacr. Script.*) labor, & † dolor
329 omnibus communis, & *Iob.* 5. 7. ad † laborem na-
scitur homo. In sudore vultus tuo vesceris pane tuo,
330 † & in labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ
tuæ, *Gen.* 3.
331 Diuites † ergo, & nobiles discant iura, vt duplici
fruantur nobilitate, & sint sapientes, nam in auro
tunc gemma ligatur, non in luto, & menti teneant
continuò illud sacrum dictum, *Deut.* 6. 12. *&* 8. 11.
332 obliuiscendum non est Dei in diuitijs.
333 Aqua, † de qua dicitur, quòd homo quidam fere-
bat aquam in ędes patris familias, significat prophe-
334 ticam sapientiam, iuxta illud, † aqua sapientiæ salu-
taris potabit illum.
335 Meritò (*Iustinianus Patriarca*) scientia † aquæ
comparatur, quæ ardorem libidinis, & sitim extin-
guit mundanæ cupiditatis.
336 Vtantur † iuuenes hac aqua, vt à vitiorum incen-
337 tiuo remoueantur, nam in interiori † homo sapiens
suaui poculo, atq. veræ vitæ pascitur alimento; fit ca-
lis, vt dicit, (*Barad. in Euang. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 15. *de*
Canac. fol. 29.) robustus circa aduersa toleranda, ala-
cer circa edomandas passiones, & prudens ad perfe-
ctionis studia sectanda efficitur.
338 Merces, quæ † pro virtute datur, est maxima, vt
339 *Philosop.* ait *lib.* 1. *Ethic. cap.* 9. Virtutis † merces,
ac finis, optimum quiddam est diuinum, & beatum.
At homo hanc mercedem non consequetur, quia
340 in eo nulla est virtus. Mens, ex *D. Aug.* non † po-
test habere regnum virtutum, nisi prius excusserit re-
gnum vitiorum, immò acquisita virtus perit, si ve-
341 niunt vitia, vt *Ouid. Fast. lib.* 2. fraude † perit vir-
tus.
Intra se quisque cogitet, an virtute sit præditus, &
sapiens; examinet cor suum, an sit coinquinatum,
quos habeat comites.
342 Comites † virtutis, dicit *Arist.* probitas, æquitas,
candor, & spes bona. *Paul. Gal.* 6. fructus autem
343 † Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, be-
nignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides,
modestia, continentia, castitas.
344 Ista virtus † est vitiorum medicina; Idcirco *Greg.*
345 *in Moral.* quid est virtus † nisi medicamentum, &
346 quid est † vitium, nisi vulnus? quia ergo nos, vbi de
medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere
medicamentum, vt qui virtute percutimur, vitio cu-
remur.
347 Homo aquam † portans, significat omnes scri-
ptores, quicunq. de rebus diuinis scripserunt, quarum
meditatio animum ad excipiendum Christum præ-
348 parat, † illi meditando animum reficiunt, & consi-
derando mirum in modū irrigant, & flores, fructusq.
Deo (velut hortus amænissimus) proferunt.
349 Scriptura, † & libri scripti, ex *Cic.* muti magistri
350 dicuntur; necessaria † sunt scripta, quæ nobis para-
ta sunt ad instructionem, pro nostra, omniumq. salu-
te, cum quibus, si nos fructum non faciemus, durum
erit alia inuenire remedia.
Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos, & si
Moysen (*Luc.* 16.) & Prophetas non audiunt, neq.
si quis ex mortuis resurrexerit, credent; & alibi *Io.* 5. si
crederetis Moysi, crederetis forsan, & mihi: de me
enim ille scripsit. Si autem illis litteris non creditis,
quomodo verbis meis credetis?
351 Istorum enim Sanctorum Patrum Sermones ve-
352 ritatem continent, vt *Io.* 17. Sermo tuus † veritas
est, & scimus, quia verum est testimonium eius, *&*
2. Pet. 1. & duce Spiritu Sancto loquuti sunt, & scripserunt
353 à Deo missi, vndè 2. *Petr.* 2. Non † voluntate hu-
mana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sā-
cto duce inspirati, locuti sunt Sancti homines.
354 Hæc † scripta docent, & sunt tanquam Dei igni-
tus clypeus; Nam *Paul.* 2. *Tim.* 3. omnis Scriptura
diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, & argu-
endum.
355 Bonum est † scribere, nam quatenus denegatur
nobis diù viuere: relinquamus aliquid, quo nos vi-
356 xisse testemur. At melius † est facere.
Plinius enim hoc optimè explicat, in illis verbis,
supremo illo Iudici non scripta nostra approbanda,
sed facta, multi dicunt, sed non faciunt.
357 Legentibus præterea, & audientibus † hoc menti
tenendum relinquo, nempè quòd quæ legunt, & au-
358 diunt retineant, & custodiant, Beati † qui audiunt
verbum Dei, & custodiunt illud, vndè non mirum, si
359 legentes, † & audientes priuantur cognitione scri-
pturæ, eamque non intelligunt, quia non retinent;

360 Malum signum † est sanitatis, si non retineatur ci-
bus. Tu Daniel vade, quia clausi sunt (*Dan.* 12.) si-
361 gnatiq. sermones vsq. ad tempus Et impiè † agent
omues impij,neq. intelligent omnes impij,porrò do-
cti intelligent.
362 Sed qui sunt isti docti? illi quidem † non sunt, qui
in continua inquietudine, & nausea impatientes stu-
dent,legunt,nec spótè, sed coacti litteris incumbunt;
363 nam cibum † non retinent, vt dixi, & consequenter
nulla est substantia, qua possint viuere; ideò inter
mortuos computantur, & illis æquiparantur. Hi
sunt de quibus, *Paul. ait* 2. *Tim.* 3. semper dicentes,
364 & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, †
365 maleuola anima nunquam erit sapiens; & † initiũ
sapientiæ est timor Domini,
366 Homo aquam baiulans, † significat hominem la-
crymantem,lacrymarum nempè(vt *Barad. in Euang. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 15. *de canaculo*) aquam ferrentẽ,
contritionem, & confessionem, antequam maximè
367 † quis accedat ad Augustissimum Eucharistiæ Sa-
cramentum. Aqua enim lacrymarum,quæ animam
abluat mortifero inquinata peccato, vt dolẽter pec-
cata confiteamur, est necessaria.
368 Aqua † contritionis, lacrymarum,& confessionis
semper debet præcedere Sacramenti sumptionem;
nam (*Leu.* 22.) cum lauerit carnem suam aqua, &
occubuerit sol, tunc mundatus vescetur Sanctifica-
369 tis,quia cibus illius est. In † Spititu, *Iud.* 8. contri-
to, & humiliato seruiamus illi,nam sacrificium Deo
370 † Spiritus contribulatus, *Psalm.* 51. cor contritum,
& humiliatum Deus non despicies,& deponet Deus,
Mich. 7. omnes iniquitates nostras, & proyciet in
profundum maris omnia peccata nostra.
371 Probet igitur † seipsum homo,& sic de pane edat,
& de calice bibat, & qui indignè, idest in peccato
mortali existens,sumit corpus D.N. Iesu Christi;reus
est corporis,& sanguinis Domini.

Et licet omnes ad hanc mensam vocentur, & ad-
mittantur, non tamen æquali præmio, & fortuna,
372 † sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali,
373 vitæ, vel interitus: & in *Leui* 7. Anima † polluta,
quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ
oblata est Domino,peribit de Populis; hanc Augu-
stissimi Sacramenti materiam, contritionis, & pęni-
tentię,alibi videbis in meis *oper. & tract.*

Cum his lacrymis, tribulationibus,& aqua contri-
tionis addamus,& associemus etiam ieiunium,vt pę-
nitentia dicatur perfecta, caro enim tunc melius ab-
stinentia maceratur, & obediens rationi efficitur;
nam aqua nostra tibi multa promittit,si ieiunabis (ò
aqua nobis salutifera) vitabis enim peccatum, mi-
nuet pœnam hæc abstinentia, & aperiet tibi portas
cœlestis Hyerusalem. Bona est,*Tob.* 12.oratio cum
ieiunio, & eleemosina, magis quàm thesauros auri
recondere, Vobis refocillatio promittitur in alio sę-
culo, & offertur Beatitudinis præmium; Beati, beati
(*Luc.* 6.) qui nunc esuritis, quia saturabimini. Ora-
tionesq. nostræ tunc à benignissimo Deo exaudien-
tur, vt *Iudith.* 4. scitote quoniam exaudiet Dominus
pręces vestras, si manentes permanseritis in ieiunijs,
& orationibus in conspectu Domini.

Si Christianus hęc meditaret,vtiq. non committe-
rentur tot peccata,& scelera; crapula, & ebrietas of-
fuscant mentem,ne homo videat quid agere agat.
374 Aqua etiam † tentationem significat; vndè *Riber. in Amos. Proph. cap.* 7. *num.* 15.dicit,quòd imber in-
undans est magna vis tentationum carnalium, & da-
buntur lapides pergrandes desuper irruentes,nempè
cogitationes superbæ, quæ suo pondere murum di-
ruunt, & etiam ventus procellæ dissipans, vt cupi-
ditas honorum, & pecuniæ; vndè consurget Domi-
ni super nos in gladio; quid ergo faciendum? resiste-
375 re † debemus contra mundana, & carnalia, & in fi-
de fortes pugnare,cincti aquis gratiæ Dei,cum dica-
376 tur,& † aquæ muri eius; nec timendum est, quia
377 Deus non † permittit nos tentari supra id, quòd
possumus, *Paul.* 1. *Cor.* 10. 13. 2. *Petr.* 2. 9. *Apoc.*
378 2. 10. Confidere † debemus in patre nostro amo-
379 rosissimo, & dulcissimo Christo Iesu, qui † permit-
tit tentationem, vt possimus, tanquam boni milites
dæmonum victores intrare in cœlestem patriam.

Consideremus quanta permisit ipse Deus contra
Iob.qui cum transiuit pee ignem,& aquam tentatio-
num, & tribulationum,meruit secreta scandere Cęli.

Sine tribulatione, & tentatione anima relaxatur,
vt dicit, *Orig. super lib. Num.* sicut caro (ait) si sale
non aspergatue,quamuis sit magna,& præcipua,cor-
rumpitur; ita,& anima,nisi tentationibus assiduis sa-
380 liatur, continuò resoluitur,& relaxatur,& † qui non
est tentatus, *Eccl.* 34. pauca nouit.
381 Non credat quis seruire † Deo perfectè, & cum
perseuerantia,si tentatus non fuerit; vt docet *Eccl.* 2.
fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & ti-
more, & prępara animam tuam ad tentationem; ò
382 quàm benè loquitur *August. super Psalm.* 50. vita †
nostra in hac peregrinatione non potest esse sine
peccato,& sine tentatione: quia profectus noster per
tentationem nostram; fit, nec sibi quisquam innote-
scit,nisi tentatus,nec potest coronari, nisi vicerit,nec
potest vincere, nisi certauerit, nec potest certare,nisi
inimicum,& tentationes habuerit.
383 Aqua † Populum,& Ciues significat,vt de Niniue
dicitur, & Niniue quasi piscina aquarum, cum ipsa
384 erat Ciuibus plena; nam † aquæ multæ,Populi mul-
ti, *Riber. in Nahum. cap.* 2. *num.* 63.
385 Populus iste vti aqua † ad inferiora currit,non est
qui ad Cœlum tendat. Vndè *Herodotus* dicit, quòd
popularis non est edoctus,nec nouit honestum quic-
quam, ne in sua quidem familia, & qui ad res agen-
das sine consilio præceps ruit torrenti similis,non est
qui faciat bonum, non est vsq. ad vnum: Populus
386 † ex *Guicciard.* magis habet ducem voluntatem,
quàm rationem.
387 O quàm malè faciunt † Præfecti vrbis, qui ple-
beios, & populares in socios sibi ipsis ad consilia as-
sumunt, ineuntq. cum ipsis amicitiam, vsusq. quoti-
dianus est versari cum ipsis.

Ob turpè hanc consuetudinẽ,ò Antistes,rues,& ca-
388 des in errores graues. Qui † cum sapientibus gra-
389 ditur, sapiens erit. Amicus † stultorum similis ef-
ficitur, *Prouerb.* 13. Nescitis dicit *Paulus* 1. *ad Cor.* 5.
390 quia † modicum fermentum totam massam cor-
rumpit; & *Menander.* cum sapientibus consuetudinẽ
habens, & ipse euades sapiens. Cum malis consue-
tudinem

391 tudinem habens,& ipse euades malus; Cum † San-
cto, Sanctus eris (*Dauid. Psalm. 17.*) & cum viro in-
nocente innocens eris. Et cum electo electus eris,
& cum peruerso peruerteris.

392 Princeps † similes Gubernatores, & Præfectos in
pace dimittat, si ipsi hos homines perdita nequitia
dimittere recusant; Nam non Iudices, et Gubernatores faciunt, et iudicant; sed isti improbi plebei sunt, qui dominantur, et regunt, et gratias contra iustitiã subripiunt; sapientes autem, et docti tanquam exules, foris stant; nos quidẽ abhominabilis, et horrẽdus.

393 Audi, ò Princeps, differentiam, quæ † est inter Iu-
dices, & Gubernatores probos, & bonas habentes conuersationes, & inter eos, qui continuè à latere habent, & tenent malitiosos populares, & illitteratos. Primi sustinent Rempublicam, & quietem vniuersalẽ conseruant. Secundi illam destruunt; & annihilant, & dissensiones inter Ciues cumulant. Vndè subditi Principi maledicunt, & pauperes contra eum clamãt ad Deum.

394 Sanctus *Isidorus* scripsit in *lib. 3. Soliloq.* Sancta †
conuersatio confundit inimicum, ædificat proximũ, glorificat Deum.

Non differat Princeps hos expellere, sub spe conuersionis, quia cum sint habituati, non recedent à malo in eorum cordibus, & mente radicato, sed cumulabunt mala malis, habent præsumptionem contra se, cum semel malus, semper malus in eodem
395 mali genere credatur. Homo dicit *Ecclef. 23.* † as-
suetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur. Isti à cane rabido, cum morsi sint, non solum rabiunt ipsi, sed alios contagio inficiunt: ita qui pestilentem alicundè imbiberint opinionem, & alios suis inficiunt colloquijs.

396 Aqua præterea † pro consilijs, & mundi sapientia
accipitur. *Riber. in Nahum. cap. 2. num. 71.* vbi aquę
397 Niniues † sunt animæ mundanæ, & peccatrices.
398 Et benè, nam † impiorum consilia sunt fraudo-
399 lenta, *Prouerb. 22. 5.* & consilium omne † à *Deo*
est, dicit *August.*

400 O quanti hanc consilij † mundani aquam alijs
dispensant, sed ipsi eam non bibunt; Vndè *Eccl. 11.* non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ dolosi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, sic, & cor superborũ; & sicut prospectator videns casum proximi sui; bona enim in mala conuertens, insidiatur, & in electis imponet maculam.

401 Vndè cautius agendum est, nec ista † aqua est sta-
402 tim bibenda, sed cum consilio prudentis; fili mi †
Ecclef. 32. sine consilio nihil facias, & post factum te
403 non pænitebis; cum fatuis † ergo non habeas con-
silium, non enim poterunt diligere, nisi quæ eis pla-
404 cent. Nullus † ait *Gregor.* fideliter tibi ad consiliũ
potest esse, quàm qui non tua, sed te diligit.

405 Aqua, & eius impetus † significat, vel maximam
gaudij voluptatem, vel doloris, seu tribulationis vehementiam; nam in *Euang.* circa gaudium habemus
406 illud sacrum dictum, † intra in gaudiũ Domini tui,
tanquam in immensam aquæ vim, vt vndiq. gaudio circũfluat; de tribulato autẽ benè *Dauid.* explicat sensum suum, vt etiam alibi diximus in hoc nostro trãctatu circa significatum calamitatis, & afflictionis, in
407 *Psal. 68.* intrauerunt aquæ † vsq. ad animam meã;
408 est enim aqua symbolum † rei penetrantis omnes
internos animi sensus, siuè ad dolorem, siuè ad voluptatem, vt benè concludit, *Pined. in Iob. cap. 21. vers. 20. sub num. 3. com. 1.* intrauit sicut aqua in interiora eius.

409 Aqua † tandẽ deuotionẽ significat; sine qua cõpu-
trescet homo, vt faciũt pisces, iuxta illud *Ezech. 16.* cõ
410 putrescent † pisces sine aqua, & morientur in siti, &
dicitur seruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valet, certis manifestat indicijs, *Io. Cass. in coll.*

411 Hæc deuotionis aqua † significat affectum illum
vehementem, quo ex præscripto mandati diuini, se totos sanctæ suæ, tum generali, tum speciali vocationi consecrant, vt sinceros Dei filios, & seruos decet *Exod. 35. 21. 29. Num. 6. 21. 2.*

412 Ideò, ex *August.* anima † Deo deuota sic actus
corporis, & terrenos exuit mores, vt vestiat, quomo-
413 do, si velit rursus induere. Consuetudo † enim bo-
ni vsum veteris prauitatis amisit.

414 Et ex *Greg.* si nos virtus † deuotionis in intimis
afficit, omnis strepitus prauæ suggestionis obmutescit.

Vnum tamen aduertendum, ex *Bernardo*; quòd
415 non omnibus † eodem modo, data est gratia, ista
scilicet deuotio, porrò (ait) Thomas in latere, Io. in pectore, Petrus in sinu patris. Paulus in tertio Cœlo, secreti huius gratiam sunt assecuti, Prior mulier strauit in tuto loco humilitatis; posterior in solio spei, Thomas in fundamento fidei, Io. in lecto charitatis; Paulus in intimo sapientiæ, Petrus in luce veri-
416 tatis. Sic † apud sponsum mansiones multæ sunt.

Dixi superius *sub vers. cum his, &c.* hanc aquam nostram esse nobis per ieiunium salutiferam; & probatur per infra allegandum *Chrysol.*

417 Ieiunium † enim quadragesimale fontem ba-
ptismi aperit, nec vt multi cogitant, hoc est ad macerationem tantum corporis introductum, sed multa alia habet significata.

418 Vtinam seruaretur hoc ieiunium. Medici, et †
alij, ad quos spectat onus impossibilitatis causas examinandi, non negligant, sed inuigilent, & cuncta rimari studeant, cum non tàm leue sit negotium, de quo tractatur; hoc est Ecclesię præceptum, quod gula non debet extinguere, nec tollere, stringamus conscientias nostras, non autem tàm relaxemus, iudiciũ
419 nostrum est fallax, et suspectum; ò quanti sunt †
etiam debiles, qui si centum aureorum præmium ieiunantibus esset statutum et præparatum, semel in die tantum manducarent, nefas esset loqui de licentia carnium; nos omnes essemus fratres de obseruantia, vnus non reperiretur, qui ieiunium frangeret, Hinc videmus, quod in sessionibus, et congregationibus, seu confraternitatibus, tempore diuinorum officiorum, et aliorũ piorum exercitiorum, pauci inter-
420 sunt; at † si, vt aliquando euenit ex ritu ipsarum,
aliqua dispensentur licet leuia, vt puta collira, candelæ, et similia, tunc concursus est frequens, et numerosus, et diligentissimos, ac vigilantes faciunt se videre confratres, portantes coronulas in manibus, et talis

est

est multitudo, quòd oritur confusio, vndè tunc qui
aliàs erant in diebus onerosis diligentes, non repor-
tant cõmodum ex onere, sed à festo recedunt ieiuni,
absq. antecennio, alij verò negligentes, & ab inte-
resse ducti, pingues egrediuntur abundè regalati
ab ijs, qui præsunt, eo quia sunt benè numati, & ha-
421 bent, vt dici solet, lac gallinaceum; has, arabum ar-
tes Præsides locorum bonas iudicant, earumq. pro-
422 fessores æstimant, malas † autem, & damnosas cre-
dunt illas esse codri, liberidis, & paxilli, vndè istæ ar-
tes paupertatis, & nuditatis euitantur ab omnibus
tanquam cænosa latrina; omnes damnant pauperes,
tanquam clypeo simul, & galea nudatos, et hasta;
423 miseranda † pauperum conditio, qui cum non
habeant diuitiarum ensem, quem portant potentes,
non viam ferro aperire possunt, sed foris manent in-
ter necessitatis angustias.

424 Quadragenarius † autem iste numerus, de quo
superius dicebamus, est tàm mysticus, vt (*Petrus
Chrysol. serm. 166. num. 5. & seqq.*) semper in effi-
ciendis rebus diuinis, & explicandis maximi Dei ne-
gotijs, lege inuiolabili præscribatur.

425 Diluuium, quando † totam cooperuit terram,
pluuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

426 Hinc mũdus, qui perierat, † debebat gaudere tali
baptismate se renatum.

Ideò nos currimus quadraginta diebus per ieiu-
nium, vt perueniamus ad fontem baptismatis, & sa-
lutis.

427 Populum Iudæorum † (*Exod. 16.*) quadraginta
annis in eremo imber pauit; nec solito ministratu
incrementa germinis produxit è terra.

428 Quadraginta † diebus terram repromissionis ex-
ploratio missa diuinitus circuiuit; vt hic sacratus nu-
merus promissas Israeliticum Populum euocaret ad
terras: qui nos quadragenarijs ieiuniorum cursibus
euocat, & perducit ad Cœlum.

429 Moyses † quadraginta dierum ieiunio desatiga-
tus, & à corpore exinanitus, mutatus totus fuit in
diuinitatis gloriam.

Vndè *d. Chrysol. sub num.* 13. concludit quòd iste
430 numerus † sacratus, iniquitates suscipit, vt deleat:
captiuitates, vt absoluat, ingreditur, vincula patitur,
vt relaxet.

Ad alia, nempè ad aquarum significatu transea-
mus, his omissis, quæ suo loco, & tempore dilucida-
buntur.

Ex aqua, Chrystali, & lapides generantur, & ipsa est in continuo motu pro bono viuentium, & quam gloriam, & potestatem dederit Deus hominibus per aquam.

Cap. IX.

AQua abundè ad nostri beneficium, Chrystallos, et
lapides prouidet;
1 In india enim Christallus † fit ex aqua iuxta mare
2 Rubrum, ex vehementi gelu, immò lapides fiunt, et †
ipsę aquæ lapidescunt; vndè *Ouid. flumen habent Cico-
nes, quod potum saxea reddit viscera quod tactis inducit
marmora rebus*: hęc, et alia etiã ponit *Pined. in Iob. to.
2. cap. 28. vers. 30. num. 2.*

O quàm mirabile est, quòd ex aqua liquida lapi-
des durissimi fiant.

Naturales dicunt (*ex pio Rub. in mystico sale cont.
3 2. fol. 66. vers. scriueno*) quòd † in Capadociam pro-
pè Ciuitatem Mazachię, lacus reperitur, in quo, si po-
natur calamus, seu [illegible]ana, aut aliud lignum, statim
Petra efficitur, illa scilicet tantum pars, quæ est in
aqua.

4 Prout etiam de alio † fonte Collossorum, in quo si
inijciebantur lateres, statim efficiebantur lapides.

5 Simile legitur in † cauis firetICIS, vbi sunt arbores,
quę si Madefiunt ab illis aquis cauorum, statim arbor
in illa parte, in qua est madefactus transmutatur cũ
ramis in saxum.

6 Idem † in fonte quodam Chinę, cuius aqua con-
uertit terram in lapides, & cretam in saxa.

7 Addunt etiam, † quòd in Thracia adest quædam
palus, nominata Triton, in qua si nouies quis submer-
gatur, statim efficitur, et fit volucris.

Non silentio præterea ponendum est, illud mira-
bile, circa aquarum proprietatem, quòd animalia
8 † aquas aliquas bibentia, licet ipsa sint albi colo-
ris, generant eorum filios nigros, proprietas enim
istarum aquarum est facere nigredinem in fœti-
9 bus, vt † in terra Assyritide; istæ enim oues cum
eas biberint, moxque inierint, nigros generant
10 agnos. Et in † Antandria duo adesse fluuios (dicit
*Martin. del Rio disq. magicarum lib. 2. q. 13. fol. 116.
lit. B.*) quorum alter candorem, alter nigritiem pe-
coribus facit.

11 Refert etiam in littore † maris rubri esse fontem,
quem si oues biberint, mutent vellerum qualitatem,
et ante candidas, post haustum furuo nigrescere co-
lore.

Et quædam de aquis carmina ponit, *Ouid. Nason.
lib. 15. metamorph.* et nempè.

Medio tua corniger Ammon.
Vndè dei gelida est, ortuq. obituq. calescit
Admotis Athamantis aquis accendere lignum.
Narratur, minimos cum luna recessit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.
Cratis, & hinc sybaris vestris conterminus oris
Electro similes faciunt, auroq. capillos.
Quodq. magis mirum est, sunt, qui non corpora tantum
Verum animos etiam valeant mutare liquores
Cui non audita est obscenæ salmacis vnda?
Æthiopesq. lacus, quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
Clitorio quicumq. sitim de fonte leuarit
Vina fugit, gaudetq. meris abstemius vndis.
Hinc fluit effectu dispar lyncestius amnis,
Quem quicumq. parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Est etiam consideratione dignum, immò mirabile
quòd istæ aquæ, pro salute, & beneficio viuentium,
omni ex parte decurrere, & ad omnem locum per-
transire

12 transire procurant; vndè sunt† in continuo motu; & clausæ manentes intra terræ viscera semper serpent, & maximè maria,ac flumina,quę,et ipsa sunt in continuo motu,est enim in dubitatū apud omnes, aquas circulariter cōtinuò moueri, quarū medius circulus fit super faciē terrę, & alius medius inter viscera terræ; Nam eadem aqua (dicit *Iac. de Valent. ad Psal. Dauid.* 103.) quæ submergitur in maris profunditate, & serpit per venas,& meatus viscerales terrę,& emergit ex montibus, & campis, postea decurrit inter conualles, & per campos decliues vsq. ad mare, & sic aqua semper est in continuo motu circulariter.

13 Circa † autem potestatem hominis per aquam,
14 est clarum assumptum; nam Lingua humana† vilis, & fragilis, cum aqua saliuæ, idest verbi Dei, consacrat, benedicit, absoluit, ligat, docet, dirigitq. ad vi-
15 tam æternam,vidè, quantam † potestatem Deus dederit hominibus.Sed quomodo vtitur homo hac potestate sibi tradita,facit, quod vult, non quod debet,
16 Bona est † ordine suo potentia (ait *Greg. moral.*) sed cuncta Regentis indiget vita; Possumus in alios, sed contra nos nil possumus; cogimus alios benè viuere, sed nos credimus per fas, & nefas posse liberè am
17 bulare. Beatus † *Dauid.*(*Chrysol.* dicit) ita erat in potestate positus, tāquam omnibus ipse esset subiectus, & in folio regali erat vinctus in carcere, & in purpura,quasi in silicio iacebat,cinere conspersus, & corde compunctus,Aula regalis erat ei,tanquam eremi vastissima solitudo.

18 Concludamus, ideò quòd † benè vtentibus potentia, parata est gloria,malè verò supplicių, vt optimè, *Petr. Chrysol.* sicut potentes potenter tormenta patientur; sic, & institiæ præmijs fruentur plenius, si rectè exercuerint potestatem, & tantam in futuro præ subditis habebunt gloriam, quanta virtute eos in magna delinquendi licentia præcesserunt.

Subditus etiam menti teneat hoc verax dictum,
19 nempè si † tuas pœnas habebis commixtas, cum pœnis aquilæ potentum, illæ tuas interibunt, & deuorabunt; est ne verum hoc monitum, aut mendacium continet? quære per ciuitates, per domos magnatum,& in curijs Principum.

20 Rectè ergo † habens domunculam inter duo palatia potentum magnatum, hoc dictum describi, & imprimi fecit,nempè,vndiquè angustiæ.

Gloriam dixi, quia multi Sācti gloriosi triumpharunt in hoc sæculo, varia circa aquas facientes mi-
21 rabilia; vt in Moysi, qui † cum virga percutiens lapi-
22 dem,exiuit aqua abundantissima: & legimus † etiam hoc euenisse orationibus diui Isidori Agricolæ;item,
23 & B. Philippus Benitius, † qui eius orationibus aquā indicatam in nemore inuenit miraculosè, vt in eius *lect. 2. apud conll. 12. Paul. V. fol. 27. Bullar, tom. 4. per Cherub.* & idem legitur de eodem Beato Benitio circa aquam eius speluncæ, quæ ex prædita virtute morbos sanabat in *lect. 3. ibidem*.

24 Hieronymus etiam Æmilianus† Fundator Cōgregationis Somaschæ fecit ex alta montis rupe,ac saxo aquam sufficientē perstillare, quæ abundè omnibus sufficiens fuit,pro vsu cibi,& potus,vt in *libro eius vitę li.3.c.11.* & de alijs Sāctis possent varia exēpla allegari, qui aquas mirabiliter de petra durissima extraxerunt; sed breuitatis gratia illa omitto ibi referre.

25 Vndè rectè dicere possumus, mirabilis † Deus in Sanctis suis; ò quam est misericors Dominus, qui
26 veram † hanc nostram fidem infinitis miraculis cō-
27 probauit; Beati tamen,qui † non viderunt, & crediderunt.

28 Opera † fidelium sunt ne conformia fidei, quam ipsi profitentur? videbis post mortem, cum opera-
29 tiones tuæ te sequentur † bonæ, vel malæ; & stabunt
30 tecum inseparabiliter in æternum; † opera enim illorum sequuntur illos.

Aqua dicitur omnium viuentium Magistra.

Cap. X.

1 Docet aqua, in primis,terræ † Antistites,Consiliarios, Gubernatores,Magistratus, & Iudices, debere habere à latere doctos viros, nec cum imperitis plebeis,superbis,potentibus,aut ambitione turgidis, conuersationem intrinsecam habere, nec minus pro consilio habendo, illis participare interesse Reipublicæ, aut subditorum (mos quidem nostris his temporibus abhominabilis, & praxis Reipublicæ
2 damnosa solum enim † similes personæ introducuntur in curijs,& palatijs primatum,vndè non mirum,si dissipantur dominia).

3 Superiores igitur † ab his malis, & imperitis ducti, omnes concorditer tanquā cæci, in foueam cadunt.
4 O terræ Gubernatores, & Rectores tunc postulatis †
5 aquā è pumice,est pumex lapis cauernosus, quo † solent puliri codices, tu habes sitim, & indiges consilijs in bono, & vero fundatis, aduerte, quòd lapis iste est adeò naturę siccę,vt si in vrceum bullientem immiseris, feruorem extinguit: non solum ad tempus: sed
6 in totum, *Manuc. Adag. fol. mihi* 261. superior† tunc postulat ab indoctissimo doceri, ab inconsultissimo consilium expectet, ab egeno munus, ab inope præsidium: deniq. ab auaro,ac tenaci, pecuniam.

In eos etiā quadrabit illud dictū, ex *eiusdē Manuc.*
7 *Adag. fol. mihi* 259. inaniter † aquam consumis, qui
8 frustra suadent;ad bonum † hortantur multi, sed inaniter,non per hoc apud Deum aquam consumimus, qui reddet retributionem, si corrigemus honestè, & suauiter,cum charitate fratrem nostrum.

9 Hic cadere multa possent contra † aduocatos, partes,& iudices,qui negligunt causas expedire, maximè carceratorum, sed tenentur ad damna, & possunt puniri, vt suo loco dicam *in tract. de malo iudice, & Aduocato.*

Dictum prouerbiū à prisco more iudiciorū sumptum,in quibus ad Clepsydræ modum dicebatur.

Æschines contra Demosthenem, ostēdit primam
10 † aquam infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiam iudicibus ad pœnam constituendam,nisi primis sententijs reus fuisset absolutus.

Facit etiam aliud simile dictum nempè, aquam
11 † in mortario tundere, quod in eos quadrat (ex *d.*
12 *Manuc. fol.* 661.) qui laborant † inaniter, si quidem aquam si quis,vel ætatem contundat, nihil aliud erit,

quam

quam aqua. Et si verberando, vt aiunt humeros,
13 decurias, tamen aqua, manet aqua; Et si lauas †
caput asini, tempus consumis, laboras frustrà, & sa-
ponem abijcis.
14 Aliqui sunt superiores, seu Iudices, qui circa † ali-
quid obfirmant animum, & pertinaciter in absurdis-
sima, & iniusta sententia; & opinione manent, vel
manifesta negantes, quibus cum frustra disceptes; de
his adagium stat scriptum apud eundem, *Manuc. fol.*
15 *mihi 633.* cum † aqua fauces strangulet. Constat
16 enim (ait) faucibus siti arentibus, aquam † esse re-
medio, ac soluere præfocationem.
17 Aqua † contradictionis est reprendere proximum:
quare atteritis Populum meum, & facies pauperum
18 commolitis? est enim iurgium, & contentio; † iurga-
ti sunt filij Israel contra Dominum, *Riber. in Proph. in
Hosean. c. 2.* sileat quisq. nec contendat, nec inutiliter
19 reprendendo, iudicet, nam † iudicium quandoq. fal-
20 lax est; nolite iudicare, & † non iudicabimini; à quo
malo iudicio multa mala oriuntur, & rixæ.
21 Contentiones † sunt euitandæ, quæ solum inter su-
22 perbos sunt; semper iurgia quęrit † malus *Prouerb.
13. & 17.*
Et his nostris temporibus dissensiones vt plurimũ
23 procedunt, & originem habent à plebeis, † qui, & ipsi
vt magnati prouocant, sęuiunt, ac in Populum ir-
ruunt.
Non loquor de potentibus, quia ipsi vti formida-
biles, & benè numati, non cõtendunt contra paupe-
res, sed per vim procedunt (ad vos ò superiores, & iu-
dices, qui hęc permittitis, dissimulando potentum
iniquitates; super vos, & super filios vestros sit iste
24 sanguis) pauperes † enim operarij inclinant capita,
ne ipsis fiat solutio in tot baculatis, aquiescunt, & se
contentos protestantur, ne incidant in peius, cum
sint inter syllam, & carybdim.
Quis est ex vobis, qui seruet Euangelium, *Matth. 5.*
25 qui tecum vult † contendere in iuditio, & tunicam
tollere, dimitte ei, & pallium; non dico per hoc, quòd
26 tu cedas liti, dico, quod † iustam litem facias; tibi
tantum hoc restat nempè, quòd Iudex iustè iudicet,
& iustitiam faciat, teq. celeriter expediat (Rogo, &
27 supplico, vt Deus † me liberet à munere iudicandi,
28 & spero quòd ex sua pietate † me exaudet, & reuer-
tar in Domum meam, non Consiliarius Principis,
sed vt me boni consulant, & doceant ea, quę pro mea
salute sunt necessaria; Inutilis sum pro Republica,
nec aptus ad sustinenda Gubernij onera; debilis est
humerus pro tanta dignitate senatoria)
29 Cogita etiam, † ò litigator, an tuus aduersarius sit
diues, nam tunc contra ipsum noli contendere ver-
30 bis, sed pecunia; & si es † pauper, nõ pręualebis, si ma-
ximè Iudex sit auri amicus, & cõsequenter aduersarij
31 tui carus, & beneuolus; hæc est † auri potẽtia, quę cõ-
ciliat animos, & trahit Iudicem contrarium, ad sen-
32 sum dantis; vndè † infelix Iudex in aqua iudicaturæ
existens, currens ad hamum carpitur, vel irretitus à
piscatoribus, nempè Aduocatis, & Procuratoribus,
de eo faciunt, quid volunt; tunc enim ipsorum in-
stantium calamus est, qui sententiam scribit, non Iu-
dicis, verba sententiæ non sunt Iudicis, sed partis. O
quàm bene *Eccl. 8.* super hoc consulit litigantem.
Ne contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te
constituat litem: Multos enim perdidit aurum, &
vsque ad cor Regum extendit, & conuertit, videbis
meum tractatum de malo Iudice, vbi latissimè de
hoc discutam.
33 O stulte † hoc nocte (*Luc. 12.*) animam tuam re-
petent à te, quæ autem parasti, cuius erunt? ideò
34 (*August.*) rogans Diues † in tormentis non exaudi-
tur, quia rogantem pauperem non exaudiuit in Ter-
ris.
Docet aqua, nos castos, & puros esse debere, si vo-
lumus euitare profundum;
35 Aquæ enim carnalitatis, † delitiarum, & volupta-
tis dicuntur aquæ profundæ, *Vital. Card. specul. moral.
de delit. & volupt. fol. mihi 105. sub lit. B.* nam in pro-
fundo inferni habent suas cauernas, & alueos, quæ
non permittunt eos, qui vacant delitijs, & voluptati-
bus pericula latentia, & fcces, quæ latent in profundo
videre, vndè sapientissimus *Salomon. Prouerb. 23.* vo-
36 cat meretrices profundam aquam, & in *Apoc.* vnus †
ex septem Angelis, qui habebat septem phialas, lo-
37 quens dixit; veni ostendam tibi † damnationem
meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cũ
qua fornicati sunt Reges terræ, & hanc meretricem
significare Romam Idololatram dicit, *Aref. in Apoc.
velit. 3. excurs. 11. ante vers. qua in serie*, cuius mere-
tricis pænæ; & cõdemnatio leguntur in *Apoc. cap. 18.*
vbi benè possumus meditare qualis horror, & dolor
iste erit, qui non est tàm à nobis distans, vt creditur,
38 sed væ væ, Ciuitas illa magna Babylon; † Ciuitas illa
fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum, &
vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ, & vna hora de-
39 solata est, ò quàm † profundæ, ò quàm tenebrosæ
sunt aquæ istæ, hi sunt fructus eorum, qui delicijs, &
voluptatibus abundant, nec paruo contenti sunt, hi
dico sunt, qui ventri, & fœdissimis voluptatibus indul-
gentes, patrimonium absumpserunt, & si quid boni
fecerunt, totum languescit, & quasi sopita gloria in
infamiam conuertitur.
40 Non omitto † sententiam Heracliti, qui in seditio-
ne rogatus, vt quid sentiret, diceret, conscenso sugge-
stu poposcit calicem aquæ frigidæ, & paululum fari-
næ inspersit, mox de glechone admiscuit, quod est
genus leguminis, vel pulegij Syluestris; deinde epoto
calice, alio non dicto discessit; quasi quod dicere
vellet, totum consequetur bonum sine seditione Po-
41 pulus; si repudiatis delitijs, assuescerent † paruo con-
tenti esse.
Docet aqua ista, nos fieri eleemosinarios, & libe-
rales; & potum aquæ nobis ad hanc charitatem fa-
ciendam, sufficientem esse ostendit; prouidet ipsa,
cum in nostris domibus sit facilis ad habendum,
nedum pro nostris necessitatibus, verum, & pro satu-
randis pauperibus, quicunque enim *Matth. 10. 42.*
42 † potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ
frigidę, non perdet mercedem suam, vndè etiam pau-
43 peres † possunt facere eleemosynam; nam si dare nõ
possunt pecuniam, dent aquam.
44 O diuites, † quanti, qui nec potum aquæ frigidæ
dant pauperibus: Teneris, ò diues dare eleemosinã
indigenti, non tantum aquam, sed panem, & vi-
num, & vestimenta, ne necessitate pereat; alias
dene-

denegando diceris homicida .
Aquam lasso non dedisti, & exurienti subtraxisti
panem, dicit *Iob.* super quo *vers.* mirificè facit *Pineda*
tom. 2. cap. 22. vers. 7.
45 Hæc eleemosynæ † aqua est ob eius effectum miri-
46 fica, & miranda; nam sicuti ignem aqua extinguit; †
ita aqua eleemosynę extinguit peccata, remittit præ-
terita, delet præsentia, euitatq. ac abhoret futura, vn-
dè *Eccles.* ignem ardentem extinguit aqua; & elee-
mosyna resistit peccatis.
47 Quæ quidem eleemosyna † est pretium gloriæ, re-
demptio animarum, medicina vitæ, remedium con-
tra mortem, victoria inimicorum, debiti extinctio, &
48 thesaurus infinitus: date † eleemosynam, *Luc.* 11. &
ecce omnia mundi sunt vobis.
49 Et alibi legitur; peccata tua † eleemosynis redime
50 ex *Daniel.* 4. Nota illud verbum † *redime*, cum de
Christi sanguine dicatur, quos prætioso sanguine re-
demisti.
Est notandum mirabile dictum *Eccles.* 11. pro di-
uitibus pijs, deuotis, & eleemosynarijs, nempè, mitte
51 † panem tuum super transeuntes aquas, quia post
multa tempora inuenies illum.
Istæ aquæ sunt pauperes Christi; sicuti enim aqua
52 transiens lauat, irrigat, purgat, *&c.* ita † pauperes
purgant, & liberant diuites à peccatis, & augent eo-
53 rum bona; quoniam eleemosyna † à morte liberat
Tob. 12. & ipsa est, quæ purgat peccata, *Colomb. cont.*
tom. 2. Dom. 4. Quadrag.
Mitte, diues, panem tuum super trāseuntes aquas,
vt pisces, idest pauperes capiant, & manducent, Nam
54 † pauperes sunt isti pisces; & hunc panē inuenies post
tempora multa, idest in die mortis, seu melius in die
finali, dum tibi dicetur exuriui enim, & dedisti mihi
manducare, sitiui, & dedisti mihi bibere, &c.
55 Docet aqua, nos alienas aquas † non bibere; sed
tantum de nostro puteo, cisterna, aut fonte aquam
haurire, vt ex Platone, quem refert Pius Rubeus in
suo sale mystico *cont. 1. fol. mihi* 35.
Circa hoc, vnum significatum inueni, nempè, quòd
vltra sensum dicti Pij, potest hoc dictum verificari in
illo Salomonis sapientissimi dicto, *Prouerb.* 5. de
56 nostro enim fonte bibere debemus. bibē † aquam de
Cisterna tua, idest de vxore tua, vt refert, *Colomb. ex*
Glos. cont. fer. 6. tertia Dom. tom. 2. fol. mihi 463. &
57 benè faciunt isti mariti fidem seruare vxoribus suis,
nam ex Quintiliano, aut imitari se putat, aut vindica-
58 ri, *&* *Iob.* 31. † si ad ostium amici mei insidiatus
59 sum, scorsum alterius sit vxor m a; ogita etiam †
an tu vnquam alijs feceris, vnde hoc tibi heri ab alio
nunc dignum sit. Iniusta enim , aeq. impudens est
querela, pati, quod feceris indignāris, & ab alio expe-
ctari, alteri quod feceris, lex moralis iubet. Itaq. pas-
sim adulteri occursant, qui cum thalamos vicinorū
coniugiaq. fœdauerint, suas interim coniuges, vel in
publico cerni nolint, & si quis in illas oculum defle-
xit, insaniant, sic seuerus alijs, sic indulgens sibi, sic ini-
60 quus rerum arbiter quisq. est. Iniquissimi † Iudices,
qui de pudicitia Iudicant, impudici impunè passim
agunt omnia, & ceu soluti legibus, vaga libidine ra-
61 piuntur, quæ imparitas † est inter virum, & vxorem?
cur mulier tenetur seruare viro fidem, amorem, &
debitum, & non vir erga vxorem? non placet hæc di-
62 sparitas, nam † par debitum, equus amor, mutua
coniugis fides est.
Docet nos aqua, prius nos descendere, si volumus
sanitatem recuperare peccatorum; vt fecit Naaman
63 † leprosus, qui sanatus fuit aqua Iordanis, vade lauare
septies in Iordane, sed erat necesse descendere, dixit,
64 *Io. in Euang.* 5. qui prior † descendisset in piscinam
sanus fiebat.
65 Descende homo, † irrigat hæc aqua, hæc de-
scendit sicut pluuia in vellus; descende, vt vincas Dia-
bolum; descende, vt mortem cogites, descende, se-
de in puluere virgo filia Babilonis; descende ad virtu-
tum acquisitionem; descendite dico, & emite vobis
necessaria, descendite ad faciendam iustitiam, & iu-
ditium, descendite ad hospirandos pauperes, nempè
Christum, vt Zacheus fecit descendens, & suscipiens
illum gaudens in domum suam.
Docet nos aqua, benefacere inimicis nostris;
66 Aquæ enim † fluminis Marath, quando *Gentes*
Israel bibere cæperunt, erant amarissimæ, vndè ipsi
(*exod.* 15.) conquerebantur, dicentes, amaræ sunt ni-
mis aquæ istæ ad bibendum; statim Moyses proyecit
lignum iussu Dei in aquis, & statim dulcissimæ factæ
sunt. Et hoc quidem aliud non significat, nisi quòd
debemus benefacere inimicis nostris, & eos ex cor-
67 de diligere, quod est † proycere amarum lignum in
flumine amaro, quod amaras aquas reddit dulcissi-
mas, & sic ex amaro dulcedo, quòd mirabile est.
68 Diligere debemus † ex mandato dei, inimicos no-
stros, & illis benefacere, ex qua pia actione certissi-
mè nostri inimici deuincuntur, *Exod.* 23. 4. *Matth.*
5. 44. *Luc.* 6. 27. iste est verus modus maceratum
69 reddendi inimicum; vndè in *Eccl.* 6. verbum † dulce
multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & *Chrys.*
70 *hom.* 56. ait, quòd officiorū assiduitate, hostes conci-
liandi sunt.
71 Virtus est quidē coram hominibus tolerare inimi-
cos, sed maior est virtus corā Deo eos diligere; quis-
quis alium odit, primum animæ suæ vulnus infligit.
72 Nullam † ideò ex odio vtilitatem habes, immò da-
mnum maius illud est, quod tibi facis. Sententiam
73 Dei † immutabilem audi contra eos, qui non dimit-
74 tunt odium. Si enim † *Matth.* 6. dimiseritis homi-
nibus peccata eorum, dimittet, & vobis pater vester
cœlestis delicta vestra. si autem non dimiseritis ho-
minibus, nec pater vester dimittet vobis peccata ve-
stra; dimittite, *Luc.* 6. & dimittemini, date, & dabi-
75 tur vobis, eadem † mensura, qua mensi fueritis, reme-
tietur, & vobis; ò formidolosa sententia (ait *Hiero.*
super Matth. lib. 3. si parua Fratribus non dimittimus,
magna nobis a Deo non dimittentur; Non semel,
aut bis, sed semper hoc est obseruandum, & executio-
76 ni mittendum; Domine, ait Petrus † Apostolorum
Princeps ad Iesum, quoties peccabit in me frater
meus, & dimittam ei? vsq. septies? dicit illi Iesus:
Non dico tibi vsq. septies, sed vsq. septuagies septies.
Matth. 18. Rigorem exercemus circa offensiones no-
bis factas, sed nolumus Deum nobis aduersari per
nos offensum; benè *Hieron. lib. 3. super Matth.* 5. Nos
in Dei iniuria benigni sumus, & in nostris contumelijs
exercemus odia.

77 Hæc non dicitur † generositas, nec victoria, sæuire
nempè contra inimicum; sed vltra felicitatem, dicit
Valer. Episc. constat esse victoriæ, inimicum saluum
fecisse, nec iniuriam vindicasse.

Docet aqua illos, qui Ecclesijs præsunt, vt Populis
calicem virtutum porrigant; vndè contra istos insur-
git Isaias ad Israel, dicens, caupones vestri miscent
aquam vino, non loquitur de Tabernarijs fraudanti-
78 bus vinum, sed † de cauponibus, qui præsunt Eccle-
sijs, non tabernis; Qui (ait *D. Ambros. in suo serm.*
79 *79.*) sitientibus † Populis, non concupiscentiæ cali-
cem porrigunt: sed virtutum: non ebrietatis mini-
strant poculum: sed poculum saluatoris.

Contra malos caupones insurgit d. Isaias, cum
functionum diuinarum essent Presules: sectatores re-
80 rum facti sunt humanarum; Miscent † aquam vino,
hoc est rebus sãctis, & feruidis, inferunt res viles, & fri
gidas. *D. Ambros.* videndus *super hoc vers.* qui illum
mirificè explicat *in 3. p. oper.*

Docet nos aqua, esse debere liberales non auaros;
81 Timent † enim auari, & sordidi, quòd terra illis non
deficiat, nec potum aquæ frigidæ egenis dant, dubij,
quòd tunc illam profundere, seu euertere dicantur,
seu melius euacuare ita puteum, quod pro eorum
vsu aqua possit deficere, & seu per aliud tempus eius
vtilitatibus carere, & priuari. Vndè in *Adag. Manut.*
82 *fol. mihi* 1942. Aquam † hercle plorat, cum lauat,
83 profundere, conuenit in hominem prǽparcum, & † il-
liberalem nimis, atq. sordidum, qui vsq. adeò sit non
attentus ad rem modo, sed miser, vt illuuiem, & sor-
des aquæ, qua fuerit ablutus, vereatur effundere, ve-
lut sui aliquando futuras.

Docet nos aqua distinguendi modum aquas mũ-
84 danas, à cœlestibus; ostendit enim nobis † aquas
cœlestes non esse aquas Tantali, de quibus dicitur,
85 quo plus sunt † potæ, plus sitiuntur aquæ.
86 Et istæ accipiuntur pro aquis † mundanis, quę qui-
87 dem malę sunt, & contrariæ sobrietati, quę † est con-
88 tenta mera necessitate, illæ temerariæ sunt, † & ma-
lum pariunt, discordiasq. suscitant, & inquietudines
89 parant, & conseruant. Sobrietas † autem, vt dicit
August. temeritatem fugit, pericula cuncta declinat,
mutuis officijs obtemperat, superbiam detestatur,
domum familiamq. cum moderatione gubernat, fi-
dem sibi committentibus seruat.

Ad quam cælestem aquam accedere debemus si-
90 tibundi, beati enim, † qui (*ex Matth. 5.*) esuriunt,
& sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Vt habeamus hanc Beatitudinem, accedamus ad
91 Deum famelici, & sitibundi; detestantur † illi, qui ad
communionem accedunt sine fame, & siti, Dominus
92 *1. Reg. 2.* † Ebrios non potat, nec cibatos cibat; fa-
93 melici saturati sunt. Et *Esa. 55.* omnes sitientes †
venite ad aquas.
94 Beati † qui sitiunt, nam si de aqua biberint, & ine-
95 briabuntur, coacti erunt † mundana non sapere, &
quæ à mundo perceperunt, obliuisci. Vndè facit ad
propositum illud Menandri, pro vino terreno scri-
ptum, beneq. adaptatur vino huic spirituali, & cœle-
96 sti, nempè, Multum † merum pauca cogit sapere;
cogit quidem ad sensum nostrum, terrena despicere,
& cœlestium donorum semper participatione gau-
dere; Non sapere quæ huius sunt sæculi, sed cœlestia
perquirere; malum fugere, bonum sequi, vtrumq. co-
97 gnoscendo, gratia illud euitandi. Magna † virtus
boni est (ait *Chrys.*) cognoscere malos, & firma tu-
tela salutis scire, quod fugias.

Doces aqua, nos vanam pulchritudinem fugere.
98 Fons limpidus † dicitur aqua fallax, & mendax,
nam tibi represẽtat ex visu, quid pulchrum, faciemq.
pulcherrimam, quam si vis tangere, nil tangis, nil in-
uenis, nisi aquam; Talis est pulchritudo vana; quam
si vides, si tangis, puluerem, nilq. tangis, nil vides; ô
99 fallax gratia, † & vana est pulchritudo. Vndè *Hie-
rem. 15.* fallacem vocat aquam, & infidelem; *facta
est mihi, quasi mendacium aquarum infidelium.*

Docet nos aqua, malas, & peruersas cogitationes
fugere, sed tantum, quæ sunt pro salute, meditare;
100 aquarum † enim effusio, idest confusio cogitatio-
num terram facit inanem, & vacuam, dum enim;
dicit, *Bernard. in serm. breu. 32. tom. 2. fol. mihi* 215.
fluctuat circa carnem vniuersa cogitatio, nullam ex
101 ea sperare est fructum salutis; diuidantur † ergo
aquæ, ab aquis, vt anima partem habeat solicitudi-
nis, & meditationis, ex hoc sanè (dicit ipse) Domi-
nus dat benedictioně, & terra nostra dabit fructũ suũ.
102 Vanæ † sunt cogitationes hominum, ex quibus
103 terra efficitur inanis, & vacua; Cogitant enim †
quæ sunt mundi mundani, non quæ Dei sunt; instit au-
104 tem † meditantur sapientiam; os impiorum re-
dundat malis, *Prouerb. 15.*
105 Quid est contra malas cogitationes? audi; Qui †
cogitat mala facere stultus vocabitur. Cogitatio
106 stulti peccatum est, † & abhominatio hominum de-
107 tractor, *Prouerb. 24.* Peruersæ † cogitationes sepa-
rant à Deo; & impij secundum ea, quæ cogitauerunt
correptionem habebunt, *Sap. 1. & 3.*

Docet nos aqua, ad Spiritum Sãcti aquã recurrere.
108 Sponsa † enim, & sponsus (*Apoc. 22.*) dicunt
veni, & qui sitit veniat, & qui vult accipiat aquam
vitæ gratis.

O Beatissima Christi mater, & Apostoli expectan-
tes Spiritum Sanctum, in illo cenaculo, ecce ver, ecce
flores apparuerunt in terra nostra, ecce ventus cir-
cumstans in aera transmittit pluuiam igneam super
vos penetrans vsq. ad cordis intima, fluminis impe-
109 tus lætificat Ciuitatem Dei; † quales fructus gene-
rauit hæc pluuia? effectus istius caloris qui, & quales
fuerunt? Factus est (*Act. 2.*) repente de cœlo so-
nus aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit to-
tam domum, vbi erant sedentes, clamate ergo vi-
uentes, currite, præcipitium vestrum sit in aquis istis;
Aqua enim quæ pluit in die pentecostes fuit mirabi-
lis, & *Ezech.* in visione eam vidit pulchram; Venite
110 ad aquas † in quibus Susana se lauit, quæ purissimæ
111 sunt, & sinè macula, ecce fons Betlehem † de quo
languescebat ille *Dauid.* sitibundus, vt in *Psalm. 41.*
112 quemadmodum † desiderat ceruus ad fontes aqua-
rum, ita desiderat anima mea ad te Deus; sitiuit ani-
ma mea ad Deum fontem viuum, quando veniam,
& apparebo ante faciem Dei?
113 Docet nos aqua, habitare in fluminibus, vbi &
114 iusti habitant; † vndè *Dauid. Psalm. 1.* & erit tanquã
115 lignum † quod plantatum est secus decursus aqua-
rum,

rum, quòd fructum suum dabit in tempore suo. His
116 enim gratiæ † aquis animæ iustorum irrigantur, vt semper vireant, & germinent, & ab aduersariorum
117 incursionibus defendantur; vndè dicitur, aquæ † in circuitu eius, & aquæ muri eius, *Riber. in Nahum. Proph. cap. 3. sub num. 13.*

Destruimus nos ipsi muros; vndè *Paul. 1. Cor. 15.*
118 fratres † stabiles estote, & immobiles, abundantes in opere Domini; Inespugnabile est fortalitium, at nos peccando illud tradimus in manus Diaboli.
119 Ressistere † debemus primis dæmonibus, qui si percussi fuerint; alij perterriti recedent.

Hinc non est ingrata ad propositum illa fabula,
120 Anguis † enim cum pluribus premeretur ad Iouem supplex confugit; cui Iupiter, si is, qui te primus pressit, fuisset à te percussus; reliqui à te abstinuissent pedes suos.

O Christiani victi; causa victoriæ hæc fuit; quia quisq. vestrum studuit, se ad Demonis amicitiam conferre, dedit se languori, luxuriæ, & dissolutionibus, ò miseri, conferre vos in clientelam Lucifero, non erubuistis.
121 Perditio † tua ex te; nam qui fecit te sinè te, non saluabit te sinère; fac ex parte tua, quod potes, &
122 Deus dabit tibi gratiam; facienti † enim quod in se est, Deus non denegat gratiam.

Docet nos aqua, orare in necessitatibus ad Deū, & recurrere ad seruos Dei, qui potentes sunt apud Omnipotentem: in bello enim, & aggressione facta
123 per Sennacherib contra Ciuitatem Hierusalem, † aquæ Natatoriæ exsiccatæ iussu Dei remanserunt precibus, & intercessione Isaiæ.

Sed, ò miraculum, quando Populi, & ciues aggressi vti volebant dicta aqua, & ad illam ibant, aquæ erant lympidæ, claræ, & abundantissimæ.

E contra milites Sennacherib inueniebant Natatoriā exsiccatam, & siti vitam cum morte commutabant.

Hæc natatoria est illa aqua, Siloè, de qua diximus superius.
124 Signum hoc fuit victoriæ, quàm Rex † Ezechias habere debebat contra Assirios, prout euenit, nam
125 Deus misit Angelum de cœlis, qui † occidit centum octuaginta millia ex Assirijs, vndè Sennacherib fugam arripuit.
126 O quàm potentes sunt † preces, & orationes seruorum Dei, quæ si non essent, forsan totus subuerteretur Orbis.
127 Hinc eorum arma † sunt lacrymæ, & orationes, vndè nostra beneficia debent eis gratis participari, vt dixi in meis *cons. lib. 1.* quæ sunt inter *Gattic. de imm. Eccl. tom. 2.*

Ad prædicta videatur *il Sasso* meus conterraneus *nell'elogio glorios. della S. Croce nelle annot. & discors. nel terzo cap.*

Docet nos aqua pænitentiam, & ex corde peccata nostra plangere, ad aquas recurrendo amaras, afflictionesq. & tribulationes patienter hac de causa sufferre.
128 Aqua † enim dulcis opimat piscem Salmonem, qui ibi non producit, nec multiplicat; vndè necesse est, quòd ad aquas maris salsas conuolet. Tu ò Chri-
129 stiane † non produces, nec multiplicabis, si in aqua dulci manebis, cum sit necesse ad aquas maris salsas, idest pænitentiæ conuolare, *Columb. in cont. feria 4. cinerum vol. 2. fol. mihi 22.*

Venite ergo ad has maris aquas, properate, & aurea verba tanquam margaritas colligite, *Ezech.*
130 18. & 33. & illa in corde custodite. Si autem † impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quę operatus est, & custodierit omnia pręcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam; vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non vt reuertatur à vijs suis, & viuat. Pænitemini igitur, & conuertimini, vt de-
131 leantur peccata vestra, *Act. 3.* Deus † enim non venit vocare iustos, sed peccatores *Luc. 5.*
132 Magdalena † lacrymis pedes Christi rigabat, ò res magna, ecce terra rigat cœlum, et tamen est cœ-
133 lum, quod terræ dare solet pluuiam; hæc est † vis lacrymarum, de qua infra dicemus; vndè de more pulchrè, *Petr. Chrysol. serm. 93. num. 16.* et capillis capitis sui tergebat. In peccatricis (ait) caput purgandis criminibus refluebat vnda, vt suo fonte mulier in nouum baptisma suorum dilueret illuuiem peccatorum.
134 Ex lacrymis † venit reconciliatio, abluuntur scelera, et purgantur maculæ peccatorum, vndè ipsa
135 osculabatur pedes eius, quia post lacrymas † subsequuntur oscula, quæ sunt reconciliationis indicia.
136 Ideò vitæ nouitate † in baptismo dicitur homo resurgere, idem *Chrysol. serm. 113. sub num. 8.*
137 O homo peccator, in mari † pænitentiæ nullus periclitatur, nam licet in eo peccator mersus reperia-
138 tur, rursus in lucē reddit, et de hac † aqua omnes peccatores deberent bibere saltem bis in die, vt faciebat Diuus Hieronymus (*Pius Rub. in mystico sale con-*
139 *tion. 2. fol. 69.*) prima † potio, nempè ob dolorem culparum contra Deum commissarum, secunda potio ob patibulum meritum causa tantorum malorū, iniquitatum, et culparum.

Si ita facies, ò peccator, radix tua erit verè secus
140 aquas, et dicere poteris cum *Iob.* sicut † Palma multiplicabo dies meos, ideò *Dauid.* panem meum
141 cum † fletu miscebam.

Nec tacere possum ea, quæ de hac aqua lacrymarum ponit idem *Rubeus* qui supra citato loco *vers.*
142 *ma qui*, cam † assimilando aquæ diluuij; sicuti enim, dicit ipse, aqua diluuij totam occupauit, & cooperuit
143 terrā, ita, † anima flens gratia Dei repletur; Si illa de
144 struxit † culposos, ista culpā; si illa nouū edidit mundum, ista aqua nouum ex innocentię facit hominem; si ipsa visa fuit superare montes, et esse illis eminentiorem, ista pariter dominatur sensualitate, et imperium, ac superioritatem habet super omnibus vitijs, et sic non respectu cubitorum 15. altitudinis hęc aqua lacrymarum superauit, sed omnes sensus inordinatos, et tandem omnia immunda cogitationis, linguæ, et operationis superauit, et vicit.
145 O felices lacrymę, pluuia † est maior, & pretiosior cūctis, quę fecerit Deus, eius prouidētia, ita vt glorie-
146 tur Deus de pluuia, et ipse † Deus nō esset, si pluuere ignoraret, vndè dicitur in Sacris chartis, qui vocat

 aquas

aquas maris,& effudit eas super faciem terræ,Dominus nomen eius *Colom. tom. 2. cont. Fer. 5. Dom. passio. fol. 719. vers.la pioggia*, & alibi apud *act. Apost.* 14.non sine testimonio semetipsum reliquit,benefaciens de cœlo, & dans pluuias, nec veritas ista offuscari potest,cum de illo dicatur etiam, nunquid sunt in Dijs gentium, qui pluant? legit Aquila, nunquid est in vanitatibus gentium, qui pluant? ò lacrymæ,
147 † quarum Deus est pater, ex latere Christi fluxe-
148 runt lacrymæ peccatoris † medio pœnitentiæ Sacramento, qui fons, vt aperiretur, Christus mortuus
149 est, vt ibi *Colomb. in fi. col.* aperiet † *Deut.* 28. Dominus Thesaurum suum optimum, vt tribuat pluuiã,
150 quæ pluuia habet tantam vim, quod † ligat flagellũ Dei omnipotentis, ò lacryma (dicit Hieronymus)
151 humilis tua est † potentia, tuum regnum,vincis inuincibilem, ligas omnipotentem; dicat Magdalena,
152 quę lacrymis cępit rigare pedes eius,†tunc enim pacem obtinuit,& remissionem omnium peccatorum.
153 In hoc mari † non intrant aquæ putei rerum mũdanarum (ex *Pio Rubeo cont. 2. mist. sal. fol.* 84.
154 *&* 85.) quas hauriebat Samaritana, nou † aquę bonorum temporalium, quæ bibunt genibus flexis
155 milites molles; non aquæ prudentiæ carnis, quæ † vltra modum dilatantur ad instabilia, & quidem, vt
156 aqua, † omnis caro serpet peccando,vt facit aqua, quæ huc, & illuc vagatur, & pertranseunt peccatores per meatus terræ visceralès occultos, nempè per domos, vbi secretè honestæ Virgines morantur, vt illas
157 submergant; Non aquę † felicitatis,& prosperitatis,quæ ita in momento transeunt, quod nulla rema-
158 nent ipsius vestigia, non aquæ † falsæ doctrinæ, quæ in Egypto conuertebantur in sanguinem, & interri-
159 mebant habitatores; Non † aquæ superbiæ, quæ extollebant figuratos cedros vsq. ad cœlos, vt po-
160 stea dissiparentur; Non aquæ † libidinis, quæ occultæ manent in venis terrestris corporis; Non vo-
161 luptatum aquæ, quæ † sitim explere minimè possunt, ad differentiam aquæ salutaris gratiæ, de qua Christus in euangelio dixit,si quis ex hac aqua bibet non sitiet in æternum.

Sed aquæ tantum amarę pœnitentię, maculas depurgãtes bibunt in hoc Oceano, qui in eo introeunt,
162 & illius possessionem adipiscuntur; oh felices, qui † hanc nauem conscendunt, nam ad cœlum faciles habebunt exitus.
163 Lacrymę†sunt margaritę,quibus ornatę sunt por-
164 tę cœlestes;portę,nitent † margaritis, cantat Eccle-
165 sia, vndè *Dauid. Psal.* 55. posuisti lacrymas † meas in conspectu tuo,& textus hebręus ponit,in vase tuo,
166 Angelus enim peccatorum lacrymas† colligit,& in vase portat ante tribunal Dei idem *Colom.Dom.8.post pent. fol.*489. *vol.* 1.
167 Nilus habebat † septem ramos, & nos lacrymari debemus pro septem peccatis mortalibus, impinguant lacrymæ,& producunt fructus,ò bone Deus,si-
168 ne te † anima est arida, & siti moritur anima mea
169 sicut terra sine aqua tibi;idem *Colom. d. Dom. 8.post pent.*
170 Magdalena † Sanctissima fęcundata à Spiritu vehementi Christi, de quo loquebatur, *Dauid. Psalm.*
171 47. flauit † Spiritus tuus, & fluent aquæ ex oculis
172 eius stillæ exierunt in † tanta quantitate, quòd potuerunt lauare pedes saluatoris.
173 O peccator,non vides,qnod † Christus inueniens domum tuam plenam omnibus vitijs,& peccatis, est lassus, & mestus,nec aquam inuenit, cum qua posset lauare eius pedes, per te laboriosum iter fecit, mitte aquas doloris, & contritionis ab oculis, vt possit pedes suos lauare, & tibi non dicatur, vt dictum fuit Phariseo, intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, ò petra dura, & pertinax,oleo caput meum non vnxisti, osculum mihi non dedisti.
174 Oleo vnge † caput meum, vt fecit Magdalena, deuotionis,& cultus debiti saluatori tuo.
175 Osculum da mihi amoris,non† prout Indas fecit, nou seruatæ fidei,dolorum,tormentorum, & mortis, &c.
176 Quanta vis lacrymarum: Anna † Ioachim vxor (ex Antiocho) flens in horto suo, cum petitionem obtulisset pro impetrando filio, promeruit habere Sanctam Virginem Mariam Domini, Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi secundum carnem, matrem. *Haye arbor.concion. tom. 1. p. 1. in cap. 1.Gen. vers. 2. in fi. vers.*
177 Istæ lacrymæ comparantur † strepentibus fluctibus aquæ maris amaræ,dolentium enim gemitus comitari solet amarissimas lacrymas, *Pined. in Iob.tom. 1. cap. 3. vers. 24. num. 3.*
178 Hinc *Ezech.* dicit, exitus † aquarum deduxerunt oculi mei, & fit, quando alternis vicibus, nunc hæc, nunc illa culpa diluitur, & vel quando,qui nunc pro sua, nunc pro aliena compungitur miseria *Pelag. de planc. Eccl. lib. 2. cap. 4. vers. tunc aqua fol. 7. col. 2. in fi.*
179 Hinc pariter Prisci, † & Antiqui balneo vtebantur, credentes his aquis scelera purgari, & extingui, *Pined. in Iob. tom. 1. cap. 9. vers.* 30. qui per totum versiculum, mores antiquorum quales fuisse circa ablutionem, & purgationem in materia aquarum
180 plura dans exempla, † ostendit.

Hanc aquam † lacrymarum diuidere dicitur, qui quandoq. luget mala,quæ commisit,quandoq.bona, quæ omisit, vel quando vicissim pro metu infernaliũ tormentorum, vel pro desiderio lugetur cœlestium gaudiorum, *Pelag. de Planc. Eccl. lib. 2. cap. 4. in fi.*
181 *d. col. 2.fol. 7.* † secundum eundem, *Riber. in Amos. cap. 5. num.* 32. abyssum,atq. profunditas nostrę miseriæ, quæ inuocat abyssum misericordiæ, ò quam benè explicat idem *Riber.* hoc dictum ibi, attente audite. Ac sicut sol caloris in crassiori parte aquarum relicta,subtiliorem,ac puriorem leuat in aerem, condensatamq. in aquam resoluit, qua terra fæcundatur: ita Deus suæ immensę charitatis,& misericordiæ calore,ex mari miserię nostrę non secernit,quod terrenum, & amarum est, sed quod est subtilius, & purius, idest non tàm considerat peccata nostra, vt transgressiones suæ legis ex inobedientiæ animi superbia profectas, quàm vt calamitates quasdam naturæ à se conditæ, & redemptæ, olimq. primi parentis iniquitate vitiatæ, pronæ ad malum,tardæ ad bonum, quæ non quod vult bonum,hoc facit, sed quod non vult malum, illud operatur; & videatur idem *Rib. in Nahum. loco citato sub num.* 13.

Receda-

Recedamus ab hac miseria per accessum ad Deū, cum simus Christiani nati, educati, & procreati in medio Ecclesiæ,& fidei Catholicæ; si nobis plus datū est, quàm alijs non Christianis, plus à nobis requiretur.

Non miramini, si Deus vos punit, quia vos amat,
182 quos enim† diligit,tribulationibus exulcerat. Noli admirari frater (*dicit Aug.*) si postquam Christianus effectus es, mille te vndiq. tribulationes vexant.
183 Quoniam Christus † nostræ Religionis caput est,
184 nosq. eius membra sumus. Vita enim† Christi respersa fuit angustijs plurimis,omnes enim,qui ad Paradisum redire desiderant, oportet transire per ignē,
185 & aquam. Per multas † tribulationes oportet nos
186 intrare in regnum Dei. Beatus, Beatus est ille † qui à Deo corripitur, *Iob. 5*. Et si vis temperare tri-
187 stitiam † in tribulatione, considera peccatum tuū, quod contra te est semper. Vndè *Gregorius* dolor
188 flagelli † temperatur: quum culpa cognoscitur: quia tanto quisq. ferramentum medici patienter tolerat, quanto magis putridum conspicit esse, quod secat.

189 Hac præterea † pænitentię, & lacrymarum aqua debemus purgare scelera nostra, antequam accedamus ad Augustissimum Sacramentum Eucharistiæ; ille enim homo aquam bainlans ad cænaculum, de quo in Euangelio, hominem significat lacrymātem, contritionem, & confessionem ferentem, *Barrad. in Euang. tom. 4. lib. 1. cap. 15. de cænac.*

Docet nos aqua etiam recitare Rosarium, ore, & corde purgato, ac vera loqui,non falsa; Vndè anti-
190 qui magi solebant secum portare † rosas, & illis nō extantibus,os lauabant, quando volebant loqui cum Principe, vt magis ipse disponeretur ad concedendum gratias, *Colom. in addit. cont. tom. 2. Sabb. 4.*
191 *Quadr. fol. mihi 76*. Qui ideò tunc † loquebantur eruditè, & eleganter,de eis dicebant,rosas loquitur.

192 O peccator, qui † affanijs nedum abundas, sed quando cum Deo loqueris habes interiora putrefacta, halitus grauis est, & putidus, veni, & accede ad aquę Rosaceę fontem,ad aquam lacrymarum,accipe
193 in manibus Rosarium † illudq. deuotè recita, & peccata tua confitere. Nam tunc ex ore tuo veniet odor roseus,& de te dicetur,Rosas loquitur.

194 Quanti circa mundana † acquirenda, sermones præcogitant,& prius examinant;circa autem Deum, nihil; sed casu omnia fiunt. Deo non loquuntur,
195 quia falsa, & vana loquuntur † omnis homo mendax. Vndè *Ambros.* contra istos hæc dirigit verba;
196 Ingreditur mors† per ostium tuum,si falsum loquaris,si turpiter,si procaciter: postremò, si vbi non o-
197 portet loquaris; melius † est enim tacere, quàm malè loqui,& quisque deberet habere continuò ante oculos, illam Simonidis sententiam, idest, locutum
198 † esse pænituit sæpè, tacuisse nunquam, & illud eximij Catonis. Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

199 Cum Deo sunt † habenda colloquia, non circa mundana, & sæcularia, sed circa Cælestia; Est enim Dominus noster fidelis, corrigit, & docet, dulciterq. certiorem facit,& monet.

200 Homines † autem sunt dolosi, & infideles, & tamen omnes omnia in ipsis constituunt; obliti Sacri
201 illius dicti † maledictus, qui confidit in homine: Non mirum,si miseri fraudantur ab ipsis,& ad perditionem ducuntur.

Vidi aliquos ex cordis arcano, amica sinceritate, grauissima contulisse negotia eorum amicis,& beneuolis, dicendo, taceas quæso ne loquaris, hoc tibi significo sub confessionis sigillo; ò cæci, ò stulti, isti sunt agni in ore,vulpes in corde; Audite, quid dicit
202 *Seneca de moribus*. Quod† tacitum esse velis,nemini dixeris,si enim tibi non imperasti,quomodo silentium ab alijs speras.

Aquæ punitionis, & iræ Dei.

Cap. XI.

1 AQua † est inimica peccatorum, & iniquorum; vndè Deus Dominus noster, & Iudex Iustus ipsa aqua eius inimicos castigare voluit; dicant viuētes,si ob inundationes, & pluuias ingentes potuerūt aliquando colligere grana; satis de hoc experti sunt habitatores nostri Placentini vltra padum. Damna
2 † infinita passi sunt, & in dies patiuntur illi, qui propè aquas habent sua prędia,& bona, quapropter minori pretio illa vendere coguntur, licet fructifera,arborata,& culta; omitto grandines, & alios casus fortuitos; nam de his suis loco, & tempore tractabimus; omitto suffocationes hominum itinerantium, quæ in annis sunt frequentissimæ; Item ruinas ędificiorum, quæ a fundamentis ab aquis euulsa hodiè conspiciuntur. Ciuitates illius nostræ Italiæ sciunt, quanta passæ sunt, & in dies patiantur ob aquarum impetus,& innundationes; quantas item pariat ipsa discordias homicidia, rixas, & lites,circa alluuiones, & irrigationes, inter vicinos, & interessatos consortes suscitatas; quantas expensas,& incommoda sustineant iura aquarum habentes, pro manutentione clusarum,pontium,& buccarum. Ego tanquam Referendarius aquarum (ex benignitate Serenissimi DD. mei Ducis) pluries accessi ad flumen Trebiæ,
3 quod † in quolibet anno, ob eius inconstantiam, & varios cursus aquarum, modo in vna humiliori,modo in alia altiori parte, aquam ita impedit pro irrigatione pratorum, & molendinorū vsu,quòd ingentes expenduntur pecuniæ, in aperienda via, & recludendis aquæductis; momento enim temporis ex impetu aquę apparent montes saxorum, & arenę in tanta quantitate,quod certè est mirandum; & ni vidissem. non credidissem.

Flagellum Dei,isti aquarū impetus dicuntur; nam contra malos inseruiunt ad pœnam,pro iustis autem ad auxilium, & solatium; multi etiam Dei serui visi fuerunt ambulare super ipsis aquis sicco pede.

Præterea aqua ista ruit contra filios familias in honorem non habentes eorum parentes.

4 O filij, aqua,verum est,quòd † crescere facit plantas, sed vna reperitur, quę arbores virides, & plan-
5 tas arescit, & exterminat, effusa † contra filios, qui patrem, & matrem minimè honorant, eorum
6 defectus detegendo, & publicando: non † erubescunt impij

impij murmurare de patribus, & matribus, dente theonino arrodunt eos, sceleratissima quodq. infamię genera impingunt;& quòd peius est ipsos flagel-
7 lant,& diuerberant:aquæ † pessimæ sunt istæ, vituperijq. & infamiæ, nam ambæ ducunt nauem ad portū infelicem æternę damnationis,& licet per restitutionem respectu famæ peccatum possit dimitti, remanet punitio respectu alterius aquæ, quæ à visceribus filiorum expelli minimè poterit, Deus enim multoties exemplo aliorum, licet dimittat culpam ex sua pietate,& istorum filiorum misereatur,solet non impunitos relinquere in hoc sæculo; vndè infelicem exitum ista delicta enormissima ferè semper promittunt, & omissis illis casibus, quæ occurrerunt his nostris temporibus,aliqua tantum dscribere proposui, non vt omnia exempla narrem, quæ sunt sine numero, sed vt malos effectus tantū aquæ istius ostendam, vt infra.
8 Nostri temporis † filij parentibus non nascuntur, sed potius ad eorum destructionem, & vituperium,
9 filij nomen sibi ipsis vsurpant, ac retinent; Vndè † aquæ istæ sunt quidem genitoribus amarę,filijs autē amarissimæ, nam *Genes.* 49. In benedictione, quàm dedit Iacob filijs suis, contra Ruben sententiam ma-
10 ledictionis protulit. *Effusus † es sicut aqua, non crescas. Quia ascendisti cubile patris tui,& maculasti stratum eius.*
11 Non amplius dici potest† Patrem Dominum esse, & possessorem filij,nam eo viuente,prætendunt illius dominari, bonisq. parentum ad eorum libitum vti, permittentes,patrem, ac matrem fame perire, & mi-
12 serè in necessitate mori.Recordare † fili, quod de eo dicitur in *Deut.* 32. ipse est pater tuus,qui possedit te, &in *Euang. Matth.* 11. Pater, ac Domine cœli, & terræ, & hoc idem legitur in *Eccles.* 23. Domine Pa-
13 ter, & dominator vitæ meæ, immò † sclauos, & seruos esse filios, *Accursius* ait,& posse per Patrem arbitrio suo vendi, immò occidi, vt refert *Pineda cōment.*
14 *in Iob. tom. 1. cap. 1. vers. 2. num.* 5. & Eua † ipsa post partum Chaym *Genes.* 4. clamans festosè dixit, possedi hominem per Deum,
Qui *Pineda* dicto loco, eum auctoritate Sacrę Scripturæ describit vtilitates, quas Patres percipiunt à
15 filijs, & sunt, quod † filij parentes timent, & colunt, illos honorant, & victum subministrant. Illorum ignominiam operiunt. Propulsant iniurias, & defendunt. Fortitudo sunt parentum, & eorum lætitia.
16 Inter benedictos † à Deo Patres conumerantur, qui plures habent filios *vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ, ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Et habemus etiam filios gloriam esse patris.
17 Lucernam etiam † parentum, esse filios,ponit idē, *Pined. p. 2. cap. 18. vers. 6. num.* 7. quæ tunc extingui dicitur ipso præmoriente ante patrem filio.
18 Viscera † pariter parentum esse *cap. 27. vers. 14. num.* 1.
Germina,filij dicuntur egressi de vtero, tanquam fœcunditate, & substantia parentum egressi, germi-
19 nant † vt herba ex terra *cap. 21. vers. 8. num.* 4.
20 Arma quoq. † parentum sunt *cap. 18. vers. 12. nu.* 2. vndè dicitur sicut sagittæ in manu potentis,ita filij excussorum, nimirum filij iuuenum robustorum, aut iuuentutis.
21 Nomenq. † & memoria *cap. 18. vers. 17. num. 3. & vers. 19. num.* 1.
22 Consolatio, † & refrigerium genitorum sunt, maximè in morte, ex eorum assistentia *cap. 18. vers. 19. num. 2. tom.* 2.
23 Christus Iesus † secunda Diuinæ Trinitatis persona, erat cum eius matre Maria, & Ioseph putatiuo patre obedientissimus,& obsequiosissimus; vndè de eo dicitur, *Luc. 2.&* erat subditus illis.
Exemplum Christi confundit impios, & malos fi-
24 lios,bonos † autem in hoc sæculo consolatur, & non solum diuitiarum, & bonorum temporalium; ille Redēptor,eos participes facit in terris,sed,& sępiterna, vitamq. æternam in alio eis repromittit; eos quidem dico filios, in quibus erga parentes regnant amor,obseruantia,obedientia,& cultus.
25 Isti filij,boni filij†iustè vocari possunt,si commoda parentum procurant, non propria.
Suas rationes ad patrum arbitrium,& voluntatem conferunt.
Eorum rectè gesta, & mores imitantur, consilia eorum sequuntur.
Subueniunt eis in necessitatibus,& maximè ęgrotantes.
Mortuos Patres honorificè sepeliunt, & exequias cohonestant, dum curant, pro ipsis iusta anniuersaria sacrificia, & solutionem piorum legatorum.
26 Benedictio † parentum charissima est, & valdè
27 vtilis; vndè *Gen.* 27. Iacob, & † Esau ipsam solicitè quæsierunt, & eiusdem benedictionis solum capaces
28 sunt boni filij, Sem † enim, & Iaphet meruerunt patris benedictionem, quia nudato obsequium prębue-
29 runt, Cam † verò fuit maledictus, quia patris nuditatem derisit.
30 Torquatus † de domo patris expulsus, ex dolore proprijs manibus se vita priuauit.
Infinita describerentur exempla, tu lector lege libros quia de aquis tantum tractare intendo, & strictiùs quàm possum,de eius significatis scribere.
Sed vbi sunt isti filij has bonas habētes qualitates? ò miseranda ætas, quæ non cogitat, impossibile esse homines saluari,sine præceptorum Altissimi obserua-
31 tiæ si vis † ad vitam ingredi serua mandata.
32 Hoc honorandi † parentes est quartum Dei præceptum, post tria immediate, de Deo loquentia descriptum,& annotatum, vt omnibus filijs notesceret,
33 post † ipsum Deum Creatorem, propinquiorem, & proximiorem esse patrem, & matrem, sicuti enim Deus est vniuersale principium nostri esse, ita pater, & mater particulare sunt nostri esse principium, vt dicit *Lippomanus Veronæ Episcopus, in oper. lib. 3. super 4. precept. fol. mihi* 176.
34 Et dicuntur † quędā immortalis Dei simulacra, ac instrumenta, quorum medio Deus ipse nobis donauit mentem, & animam, ab ipsis instructi, educati,& bonis moribus,ac scientijs.
Loian,& Cirimbel. cōpendiosa raccolta d'ammaestramenti cap. 40. num. 5.
35 Dixi patrem,& matrem honorandos,quia† mater pari

pari passu ambulat cum patre, circa honorem, ac reuerentiam parentibus debitam, & meritò; hoc enim
36 matris † nomen reuerentiam affert, cuius labore, cura, ministerio filius natus, & nutritus est *Pined. in Iob. p. 2. cap. 38. vers. 29. nu. 6.* vndè *Origenes homil.*
37 *51.* dixit, quòd nomen † Patris grande mysterium est; nomen matris grandis reuerentia est.
38 Mater enim † maximis doloribus affligitur in ventre filium per nouem menses portando, in partu, & post partum in nutriendo laboriosa.

Hoc etiam clarè ostendit Euangelium, nam tàm patrem, quàm matrem honorare præcipit, vt diximus.

Et quòd nulla sit differentia inter patrem, & matrem, quoad istud præceptum ponit, *Pietro della Primaude nell'Acad. franc. giorn. 13. cap. 50. fol. mihi 379.*

Aquam bibunt mortiferam, & venenosam filij, si
39 hoc præceptum non seruant, sententia † maledictionis à Deo fulminatur contra filios impios, & iniquos, & etiam breuitatis vitæ; dicitur enim; honora
40 † patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.
41 *Exodus. 20.* Qui maledixerit † patri suo, aut matri, morte moriatur.
42 *Matth. 15.* Qui † patri, matriq. maledixerit sanguis
43 eius sit super eum, & *Marc. 7.* & *Deut. 21.* si † genuerit homo filium contumacem, & proteruum: lapidibus eum obruet Populus Ciuitatis.
44 *Et Prouerb.* qui † maledicit patri suo, vel matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris, idest in extrema necessitate, vel in tempore iuuentutis, & suæ prosperitatis morietur, & lucerna vitę extinguetur, vt *Antonianus in tract. educat. fil. lib. 2. cap. 68. 69. & seqq.* qui totam materiam discurrit, tàm contra patrem, quàm contra filios.

Omnia mala venient super filios, qui non colunt
45 parētes, & pro certo expectare ipsi possunt ea proprijs filijs, quę cōtra eorū parētes egerunt, eadē enim mēsura qua mensi fueritis, remetietur, & vobis *Luc. 6.*

Eques Saba *ricord. 126.* contra istos hęc verba ponit, *per il contrario le disobedienti, e contumaci sogliono*
46 *† viuere vita breue, & angosciosa. Le loro cose temporali (che nelle spirituali non hanno parte) vanno sempre di male in peggio: il fin loro il più delle volte è misero, e calamitoso, e la maggior parte moiono di morte violenta, e subitana.*

O filij ponderate etiam verba *Psalmistæ 108.* Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & verba etiam *Ieremiæ 18. 12.* da filios eorum in famem.

Videatur etiam per filios familias *l'Academia Françese di Pietro della Primaude giorn. 13. cap. 50. Nauar. Manuel. confes. cap. 14. de 4. precepto.*
47 In speculo exemplorum dicitur † de quodam scelesto filio gallo, qui dissipando totam propriam, & matris substātiā, in ludis, & cōuenticulis vrbis, ab ipsa monitus, vt desisteret, eam crudeliter in faciem percussit; ipsa ira accensa rogauit Deum, vt antequam filius ad domum reuerteretur, esset totus dilaniatus, & ferro contaminatus, non animatus, sed cadauer intro arriperetur.

Interim alter filius pessimus à Patre benignè monitus, dextra impiè eundem percussit; vndè pater ira commotus contra ipsum dixit, vtinam hæc manus hodie tibi secata, & post tres dies sis furcis suspensus.

O iustum Dei iuditium, isti improbi filij statim post discessum à domo paterna sibi occurrerunt, & concorditer se transtulerunt ad solitam tabernam, vbi vino inebriati ludere ceperunt, & ad contentionem venientes rixantes, ille à matre maledictus, ferro, seu gladio ita fuit dilaniatus, quod vitam cum morte commutauit, & eius cadauer super tabula fuit matri præsentatus, hoc rumore audito ab illis, qui erant in taberna, fugientem homicidam in filium, vt se occultaret, comprehenderunt, & ad Iudicem duxerunt, qui ad furcas condemnauit, & post tres dies fuit suspensus.

Et de alio filio simili stat scriptum, quòd cum mater recusaret quasdam pecunias occultatas ab ipso ne consumarentur, vt de alijs bonis euenerat, pugione contra matrem irruit, & eam occidere minatus fuit, si pecunias ei non traderet, mater, ob periculum vicinæ mortis, petita à filio concessit, & quia iste non potuit à Iudicibus puniri, cum de delicto non constabat, parentes matris, minis curarunt filium amouere ab eius pessima vita. Vndè iniquus filius videns se substantijs orbatum, matrem, & parentes sibi inimicos, desperatus, dum morabatur in domo cuiusdā meretricis ense denudato, vidit ipsa mala fœmina, brachijs, & manibus, quibus paulo prius fuerat complexa, cum ipsismet amans mortem sibi consciscere, non Deum, sed dæmonem inuocando.

Fuerunt interfecti septuaginta fratres Abimelech, *Iud. 9.* ob malum commissum contra eius patrem.

Occiso Sennacherib patre, filij non regnarunt post eum *Reg. 4.*

Filij Heli patrem eos corripientem nonaudientes, ideò vltionem diuinam experti sunt *1. Reg. c. 4.*

Ionatas, qui paululum mellis gustando, contra patris præceptū fuit reus mortis ab ipso patre declaratus, licet postea à Populo liberatus, *1. Reg. 14.*

Refert Alexāder Alexandri in sua Historia in Ciuitate Neapolis, filium, qui patrem contumelijs affecerat, noctis tempore fuisse tormentatum à dæmone, qui tunc rogans Deum, & Sanctos pro misericordia, & vt à Diaboli supplicijs liberaretur, fuit exauditus, & de causa interrogatus, cur ita à Lucifero acri supplicio plecteretur, culpam prædictam fassus fuit.

Ludouicus de Dominicis in sua Historia scriptum reliquit, de quodam filio inobedienti, qui proposuerat manus inhumaniter in proprio parentum sanguine tingere; de discessu extra Romam cogitauit, & in itinere existens ei obuiam occurrit diabolus difformis in forma humana, & secum commitari finxit, vndè ambo peruenti ad hospicium, dum iste inobediens filius dormiebat, dæmon eum suffocare tentauit, excitatus ideò cæpit clamare alta voce, & dicere, ô Deus, Sancta Maria, auxilium dignemini præstare misero.

Statim per hanc Sanctam inuocationem diabolus aufugit, tectum frangendo, fumigata omnia relinquens.

Perterritus iste filius ex hoc casu inopinato, ad Deum cōuersus, ipsum peccasse pęnituit, & toto vitæ
suæ

suæ tempore semper fuit obediens, & humilis genitoribus, prædicans quid ei acciderit alijs filijs familias, vt idem seruarent, & præcepto diuino ne contrauenirent.

Legimus etiã in Sancto Gregorio de puero quinq. annorum, qui Romæ verbis semper contra Deum irruẽdo, quãdo iratus erat, inter brachia patris existẽs; videns aciem dæmonum contra se venire, alta voce cœpit clamare, & tunc blasphemãdo iuxta suũ solitũ, statim mortuus, eius anima sepulta fuit in inferno.

Absalon Patris persecutor laqueo eius capillorum suspensus in arbore remansit, & licet haberet manus solutas, & liberas, & ensem à latere, quo poterat scindere capillos, & se illico liberare, oppressus à peccato, & Dei maledictione, non distinxit casum, nec cogitare de remedio potuit, & sic vitam, & successionem amisit, 2. Reg. 15. 18.

Holaus magnus in suis historijs septentrionalibus refert, Pompilium Regem Poloniæ, & Reginam eius vxorem occidisse proprium patrem, vt in eius hæreditate succederent; occurrit, quod post hoc horrendum, & immane scelus ipsis existentibus ad conuiuium, ecce ex improuiso apparuerunt mures, quæ de Sepulchro, vbi erat humatus cadauer patris, egressi fuerunt, vndè omnes hoc videntes aufugierunt ad quandam nauem, vt saluarentur; at mures natantes ad dictam nauem peruenti, corroserunt taliter ipsã, quod parum abfuit, quin submergerentur.

Ipsi impij, vt potuerunt, egressi fuerunt de barca, & se contulerunt supra quandam turrim.

Mures itaq. in magna quantitate turrim ipsã ascẽderunt, qui cum morsibus interfecerunt Regem, Reginam, & duos eorum filios.

Refert pariter Io: Archipresbiter de Aretio, quandam viduam Florentinam habuisse duos filios prauissimos, & inobedientes, & ex mala educatione peruersos; qui, temerè nedum verbis matrem vituperarunt, verum etiam, & factis, nempè baculatis percusserunt, vsq. ad sanguinem inclusiuè.

Misera mater eis maledixit, & genibus flexis lacessebat, & inuitabat dæmones, vt dilacerperent, & dilaniarent dictos filios.

Permisit Deus, quod Acies dæmonum venirent, & statim lymphatici effecti alter in alterum ruebat, immanè se se lacerantes, & dentibus carnes mordentes.

Funibus, & catenis curarunt serui domus eis vincula adhibere, & intendere, vix q. potuerunt impedire impetum, & furorem miserorum filiorum.

Mater postea videns filios in hac miseria, recursũ habuit ad Beatum Zenonem Episcopum d. Ciuitatis, & eius precibus fuerunt sanati; vndè mater, & filij prius Pagani, postea Christiani effecti, sanctè vixerunt toto tempore eorum vitæ, exempla illa, & alia etiam leguntur, *nel Pratofiorito*, sic nuncupato *p. 2. & etiam p. 1.* Alia etiam possent allegari exempla modernissima, sed ob honorem eorum, qui adhuc viuunt, sub silentio sunt ponenda, hoc solum scriptũ

48 relinquo, quòd ferè omnes interrogaui, quos † consolatus sum ad mortem damnatos, tanquam vnus ex Magistris Scholæ Illustrissimæ Archiconfraternitatis Sanctæ Mariæ de Morte Bononiæ, & inueni, miseros dum viuebant non fuisse parentibus obedientes, & eos contumelijs affecisse.

49 In examine conscientiæ † debet filius familias genibus flexis diligenter considerare, in quo peccauit contra eius genitores, & humiliter de omnibus commissis veniam Deo suo creatori, & Redemptori clementissimo veniam petere, vt dignetur eum liberare ab his maledictionis aquis, & illi concedere abundantiam aquarum salutiferæ pœnitentiæ, & lacrymarum de quibus superius satis dictum est.

50 Et in hoc † examine faciendo, ante oculos ponderanda propono ea, quæ circa hoc quartum præceptum scripsit ille pius Episcopus Veronæ Valerius in suo *thesauro piarum, & Christian. inst.* ad vsum iuuentutis; nempè.

An parentes odio prosequutus sit, iratus illis fuerit.

An verbo, vel cogitatione aliquid mali eis imprecatus fuerit: quale malum, & quoties?

An eis obmurmurauerit, vel asperius locutus fuerit.

An eos irritauerit, aut contristauerit.

An torue eos aspexerit, aut irriserit.

An parentum suorum, ob paupertatem, aut aliam causam, eum puduerit.

An eorum iussis inobediens fuerit.

An paupertati, & necessitati parentum subuenire recusauerit.

An bona, aut pecunias eorum malè, aut inutiliter consumpserit.

An eis detraxerit, aut de ijs apud aliquem malè locutus fuerit: quomodo, & quoties?

An pro eis orauerit.

An fratribus sororibus, & alijs consanguineis amorem exhibuerit.

An superiores Ecclesiasticos, aut Seculares, vel etiam Religiosos, & Sacerdotes, concionatores, aut preceptores irriserit, eis detraxerit, aut eos contempserit; quoties?

An eis obedire noluerit, & nominatim confessarijs.

An decimas, vestigalia, aut alia, quæ eis debentur, retinuerit; quoties?

An senes etiam pauperes irriserit, aut contempserit; quoties?

Legantur etiam ea, quæ ponuntur à *Colimb. nella raccolta di salutiferi ammaestramenti cap.* 40. vulgari sermone impressa.

51 De patribus † autem, & matribus erga filios longũ nimis esset discurrere, allegati enim auctores superius satis hoc explicant, & in specie in *magn. spec. exempl. dist. 9. e.* 114. ex relatione cuiusdam Sancti, qui

52 † in visione vidit patrem, & filium in inferno alter in alterum sæuire, & inuicem sibi maledicere, eo quia Pater non rectè educauit, & curã habuit de filio, dum viuebant, & filius malo exemplo patris, & diuitijs indebitè acquisitis; erat damnatus ad æterna supplicia (ò aqua infelix, non inferior illa contra filios explicata superius)

Prout pariter vidit in cœlo patrem, & filium inuicem congratulantes, qui sibi ipsis benedicebant, eo quia filius ex bona, & pia patris educatione, bonoq. exemplo,

exemplo, correctione instructione, & litteris, peruenire ad æterna gaudia dignus fuit, ex Dei bonitate, & clementia.

Habemus 4. Reg. 17. hanc scripturam, filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres, ita faciunt vsq. in præsentem diem.

Videatur etiam *Petrus della Primaud. Academ. Francese giorn. 13. cap. 49.*

Audite Patres, quid dixerit, *Fab. lib. 1. c. 2.* Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delitijs soluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes mentis, & corporis frangit. Mirum porrò in iureiurando, blasphemijs, & diris iaculandis, eos, quãtumuis paruos, & penè adhuc maternis vberibus inhabitantes, tàm exercitatos esse.

53 Dum tempus habetis, attentè † considerate, an in hoc errraueritis, vt possitis peccata vestra confiteri, & emendare vitam, pœnitentiamq. agere; & vt facilius hæc fieri possint, ea quæ vulgari idiomate scripsit, *Cirimbellus raccolta di salutiferi ammaestramenti cap. 39.* legite, & in corde custodite.

Contra iniquos insuper, & maleuolos Deus aquã 54 iræ suæ mittit; effundam (ait) † sicut aquam iram meam, vult Deus dicere, sic irruam super ipsos velut aqua impetuosa, & veluti torrens multis imbribus, & niue exasperatus, ad instar hostium, qui ruunt ad fluminis instar, *Riber. in 12. proph. in Hoseam. cap. 5. num. 28.*

55 Peccator; autem dentibus suis fremet, & tabescet, & desiderium eius peribit.

Veuient flagella, vt diximus ad hostium instar, nã 56 † peccatum, si illi accesseris mordebit te. (*Eccl. 21.*) Dentes Leonini sunt dentes ipsius, interficientes animam hominum, plagæ illius non est sanitas; vndè 57 bene ait, *Paulus Rom. 6. 21.* peccati finis † mors, & *6. 23.* peccati stipendia mors.

58 Mea † est vltio dicit Dominus, *Deut. 32.* & ego retribuam, & *Paul. ad Hebr. 3.* Nec dicas te à flagello liberum, eo quia Deus lento pede ambulet, nam *Val. Max.* tibi mittit responsum, lento (*ait. lib. 1. cap.* 59 *1.*) gradu † ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditatemq. supplicij grauitate compensat, & *Zonar. in Rom. lacap. tom. 3.* sui muneris non obliti Dei vindicta tametsi lento gradu procedit, venit tandem, & etiam si tardius inuadat iniurios, concesso pœnitentiæ spacio, tamen nisi a malitia discesserint, lento gradu eos assequitur, & pœnas exigit.

60 Et licet † aliquando potentes in hoc sęculo videãtur eorum iniquitatis defensare causam, pauperes autem in profundum miseriæ, etsi innocẽtes, projci; euadere tamen vltionem ipsi non poterunt; vndè Horatius.

Raro ante cedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.

61 Quod autem istæ aquæ † aliquando vindictam, & arma iustitiæ fumant contra impios, iniquos, & delinquentes, in Ægyptijs hoc ostenditur, quibus Moyses 62 ita locutus est. O Ægyptij † occidistis de ordine Pharaonis infantes innocẽtes, & projecistis in flumi-63 ne Nilo, † conuertatur aqua hęc in sanguinẽ, *Columb. in add. cont. tom. 2. Sab. 6. Quadr. fol. mihi 132.*

64 Ad instar † Iudicis Moyses virga Iustitiæ iubet aquis, vt conuertantur in sanguinem. Ego Deus Zelotes vindicans in tertiam, & quartam generationẽ, & alibi in *Euang. Matth. 23.* vt veniat super vos omnis sanguis iusti, à sanguine Abel, vsq. ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ.

65 Vindicta, † ò viuentes, est tantum Deo reseruata, eiusdemq. Ministris, ac Magistratui legitimo relinquenda, *Genes. 15. 14. leuit. 19. 18.* & multis alijs in locis scripturę hoc plenissimè ostenditur. Et tamen 66 inueniuntur Temerarij, † qui alienam vsurpantes iurisdictionem, suis manibus, suo marte, & Imperio, inimicos perdunt, & funditus eorum domos euer-67 tunt; At si † inimici vestri plorabunt, vos vltores 68 non ridebitis; nam *Matth. 26.* omnes † qui acceperint gladium, gladio peribunt. Non nobiles sunt 69 vindices, † sed infames, & si quid habent nobilitatis, amittunt; In hoc sæculo rabidi, & inquieti iracundia efferuentes miserè vitam ducent, & in sæculo æternitatis inter reprobos connumerabuntur; Et sicuti in hoc mundo illa lege pessima vsi fuerint con-70 tra eorum inimicos; Ita † diaboli inimici contra eos in Gehennam furibundi crudescent, & sæuient, hoc somnium non est, sed veritas Euangelica, & fundata in Sacris Scripturis.

Præterea ex Michea *Proph. 1.* notate dictum mi-71 rabile; & valles † scindentur sicut cera, à facie ignis, sicut aquæ, quæ decurrunt in præceps. Iste est Po-72 pulus punitus, qui † sentit pœnas paulatim sine rumore, vel aliquando cum strepitu, & ruina, *Colom. Dom. 14. post. Pent. fol. 577. vol. 1. cont.*

73 Moriuntur (dicit ipse *ibi fol. 578.*) aliqui † in proprio lecto quietè destructi, & consumpti à febre ardenti, aut per senectutem; ecce cera liquefacta; Alij in iuuentute morte violenta, in bello, seu per manũ iustitiæ, aut alio violenti modo, cum maximo rumore; & ecce strepitus.

74 Deus † punit peccatores multis modis, igne, laqueo, sulphure, & spiritu procellarum, *Dauid. Psalm. 11. Eccl. 21. Esa. 34. & 35.*

Dat eis bibere absinthium, & fel *Ierem. 9.*

Vermis eorum non morietur, ignis eorum non estinguetur, & erunt vsq. ad satietatem visionis omni carni, *Esai. 66.*

Punit punit, morte aliquando improuisa, aliquando longa infirmitate, ferro castigat, fune, vulnere, persecutione, carcere, mala vxore, Principe tyrãno, fame, bello, peste, ruina, naufragio, penuria prudentum, & virorum insignium, virtuteq. pręclarissimorum, inundatione, oppressione potentum, dæmonum vexatione, inimicitijs, & similibus.

Sed crudelissima est illa omnium pœnarum, & punitionum, ac horrenda; permittere nos eius indignationem incurrere ob peccatum mortiferum; Pœna 75 est æterna, sicut oues in inferno positi sũt, mors depascet eos; ibi erit fletus, & stridor dentium, & ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam *Matth. 25.*

Supra diximus punitos fuisse Ægyptios, modo etiam omittere non visum fuit nobis pœnam, quam Moyses sustinuit eius peccati apud aquam cades, quę dicitur aqua contradictionis; Hebręi enim antequam

illam habuissent fecerunt seditiones maximas, & ista
77 aqua talis à *Dauide* vocatur, tentauerunt † Deum
apud aquas contradictionis,& Moyses scriptor chro-
78 nicorum hebraismi , ita scribit *num.* 20. Hæc est †
aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel con-
tra Dominum.
79 Et Deus † exprobrauit Moysi, & Aron incredulitatem vna die, vos non intrabitis in terram promissionis , quia (*num.* 20.) non santificastis me apud
80 aquas contradictionis ; vndè † iratus Deus fecit eos
mori antequam peruenirent ad dictam terram .
81 Peccatum † Moysis fuit incredulitas , non quia
Deus non posset ex petra fluere aquam ictu oculi,sed
dubitauit, quod per incredulitatem Populi, Deus nõ
permitteret petram dare aquas, & sic facere hoc miraculũ,vndè dubitauit Moyses,an esset maior iniqui-
82 tas Populi , quam Dei bonitas; ecce quod peccata †
subditorũ multoties faciunt peccare superiores. Audite rebelles , & increduli , num de petra hac vobis
aquam poterimus eijcere ? iste Moyses senex non dixit egredere ò aqua è saxo , sed dixit dubius , num
83 de petra, &c. diffidentiam † oppressit Moyses , quia
credulitatem deposuit , de homine debemus dubita-
84 re,non de Deo,nam homo † homini lupus , hominis
85 autem Deus pater est clemens , & plus † potest parcere , quam nos peccare , In fide viuo (dicit *Paul*,
Gal.2.) filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsũ
86 pro me,non sic homines,nõ sic,ideò fiducia † in solo
Deo collocanda , *Esa*.2. 22. *Ierem*.17. 5. 7. & etiam
in alijs locis Scripturę hæc notescit infallibilis veritas
misericordiæ,& bonitatis Dei.

Non omitto flagellum Dei , quod totam terram
exterminauit , nempè diluuium , aquæ enim istæ su-
87 per † omnes montes ascenderunt non tamen ascenderunt ad terrestrem Paradisum quia,vt dicit,*Durãd*.
in 4. *sent. lib*. 2. *dist*. 17. *q*. 3. *num*. 10. *fol*. 161. *col*.1.
88 aquę naturaliter sistunt circa ima, & mons , † in quo
Paradisus terrestris est, excedit communem planiciem terræ plusquam 30. cubitis ; & si aquæ ascenderunt super alios montes altitudine superiores , &
maiores, hoc fuit miraculum, vt purgarentur peccata , & scelera hominum ; in dicto autem Paradiso nil
erat purgandum.

Oritur ex hoc, diluuio dubium , est enim in *Genes*.
1; quod Deus congregauit aquas in vnum locum ,
quomodo ergo,aquæ per diluuium ascenderunt montes,& totam cooperuerunt terram, vndę omnis caro
fuit per illud submersa, & suffocata ?

Bellarmin. respondet obiecto *ad Dauid*, *Psal*, 103,
89 *vers*.7.*cum seqq*. licèt enim † terminum posuit Deus
aquis, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram,hoc procedit,ex se, & vi sua;secus
si ex Dei iussu, nam qui eas congregauit, & conclusit
in vnum locum , potest etiam diffundere per totum
vniuersum ; Vndè diluuium tunc temporis in pęnam
delinquentium (omnis enim caro corruperat viam
suam) totam terram cooperuit Dei virtute , & iussu.
90 Aquæ diluuij , accipiuntur † etiam pro tribulatione , & inquietudine (de qua latè superius scripsi,
& etiam alibi) quę non permittunt te posse
quietem capere , cooperuerunt omnia , & inun-
91 dauerunt ; vndique honores † tribulant, diuitiæ excęcant, miseriæ cruciant,mediocritas status non satiat, scientię superbiunt , & tumefaciunt , infirmitates opprimunt, & mala aggrediuntur , non est quies,
sed continuus cruciatus .
92 Recurrere debemus tanquam † Columbę ad Noë,
nempè Christum, qui recipiet nos in arca,hæc est ve-
93 ra quies,arca verò est † Ecclesia .
94 Et tunc cum fiducia clamare,saluũ † me fac Deus,
quoniam intrauerunt aquæ vsq. ad animam meam ,
95 hæ aquæ † impęnitentiæ , & pertinaciæ ducunt vos
ad æterna supplicia,fugite,fugite à peccatis,quæ sunt
aquæ prædictę,& nisi foras veneritis non inuenientis
96 Iesum , veruntamen (*psalmista* †) in diluuio aquarum multarum;ad eum non approximabunt .

Accedamus quidem ad hanc diluuij aquam,prout
pro tribulatione accipitur non pro peccatis , & fugiamus delicias ; nam,ex *Ambros*.1. quicunq; à pue-
97 ritia † se dederit delitijs , manebit in seruitute, vt viuens mortuus sit .
98 Quid est hoc manere in fæculo,nisi † continua seruitus,& carcer; quod apertè cognouit , *Paul*, *Rom*.7.
99 quis me liberabit de corpore mortis huius ? vndè †
beati,qui moriuntur, sed in Domino *Apoc*. 14.

O quam benè loquitur Chrisostomus ad nostrum
propositum, circa has fictas delitias, quæ viuentibus
100 tam charæ videntur, & ab ipsis desideratę , † si placeat (ait) annos demus delitijs, adde,& alios centũ
si libet adde , & decies centum : quæ erit ex his ad
æternitatem compensatio ? Nonne omne tempus
vitæ huius,quo delitijs frui videmur, & indulgere libidini, quasi noctis vnius somnium ad ęternitatis comparationem videtur ?

Cætera de diluuio latè suo loco videbis .

Aqua reconciliationis Ecclesiæ pollutæ .

Cap. XII.

SVperius *cap*, 3, *num*. 88. circa aquam quæ fit ad
1 reconciliationem Ecclesiæ pollutæ , dixi † illam
solum ab Episcopo benedici, fieriq. cum vino, & cinere , & multis auctoritatibus comprobaui; quibus
addo Leonem in sua praxi *Archiep*. *p*. 1. *de consecr*.
Eccles. *vel Alt*. *cap*. 5. *num*. 8. *Megal*. *promp*. *Theolog*.
2 *in verbo Ecclesia tom*. 2. *num*, 22. per quam † aquam
significatur Populus ; per cinerem memoria Passionis ; per vinum aqua permixtum significat vnionem diuinitatis,& humanitatis.

Meritò ideò hęc ita fiunt , exponuntur (ex *eodem*
Leone loco citato) pro ista reconciliatione , & consecratione, vt Populus, qui per cinerem designatur,
mundetur, & vniatur Deo , quod significatur per vinum aqua mixtum .

Modò aqua ista reconciliationis Ecclesiæ dat mihi materiam aliqua dicendi breuiter de modis , quibus Ecclesia polluitur ; & sunt .

Primò si inferatur violenta mors alicui , sanguisq.
humanus cum iniuria effundatur in Ecclesia *c*. *Ecclesijs* 68. *dist*. *cap*. *proposuisti de consecr*. *Eccl*. *vel alt*.

De

De lugo Cardin. Schol. disput. tit. de Sacram. Euch. disp. 20. num. 52. sect. 2. Leo prax. Archiep. p. 1. de consecr. Eccles. vel Alt. cap. 5. nu. 6. Vener. exam. Episcop. cap. 36. num. 3. lib. 9.

Siue homo fidelis sit, siue infidelis, siue Sanctus, siue *Martyr. vt ex prad. auct.*

Noto illud verbum, *effusio*, quod significat magnam sanguinis quantitatem; ideò non polluitur Ecclesia, si tantum aliquæ guttæ decidant, vt puta duæ, vel tres, parum enim pro nihilo reputatur, ideò requiritur notabilis, & magna humani sanguinis effusio, quæ largitatem denotat *c. reuertimini 16. q. 1. Glos. in c. cum illorum, in verbo effusionem, & ibi Felin. num. 13. de sent. excom. Megal. prompt. Theol. in verbo Cameterium num. 5. tom. 1. Cardin. de lugo d. disp. 20. num. 52. Fagundez. in 5. pracept. Eccles. lib. 4. cap. 4. num. 18. Leon. d. cap. 5. sub num. 6.*

Noto pariter illa verba, *cum iniuria*, & merito, nam absq. iniuria, non polluitur Ecclesia, alias per omnem sanguinis effusionem semper esset reconcilianda Ecclesia. Valdè Igitur esset elaborandum in determinando, an mentecaptus aliquem in Ecclesia vulnerans, iniuria, animoq. vulnerandi, & offendendi cessantibus, esset causa sufficiens pollutionis Ecclesiæ, cum maximè hoc non dicatur delictum, sunt enim voluntas, & propositum, quæ maleficia distinguunt.

Hinc, licet coram Principe pro Tribunali sedente, esset immane scelus inimicū ad eius præsentiam percutere, vel interficere, immò ipsum Principē iniuriare; si tamen hoc fieret ab infante, mētecapto, & furioso; cum cesset iniuria, & nullum possit inde oriri, aut adscribi vulneranti delictum, qualis esset pœna imponenda? nulla certè. Quod etiam potest extendi ad omnia delicta, quę in hoc mundo solent committi; nam hæc in tantum talia, seu grauia vocantur, in quantum sunt commissa à personis, quæ habent velle, & nolle, non enim est peccatum, nisi voluntarium, secus forsan esset in ijs, quæ casu accidunt, nam posset de aliqua culpa dubitari, cum quis teneatur precauere.

Quæ differentia dari potest, & ratio assignari diuersitatis inter hominem, qui cum moderamine inculpatæ tutelę aliquem in Ecclesia occidit, & inter fatuum alium occidentem? In primo casu certum est Ecclesiam minimè pollutam dici, cum vim vi repellere liceat, *De lugo d. disp. 20. num. 54. Vener. dicto cap. 36. num. 4. Fagundez. dicto cap. 4. num. 16. Megal. dicto verbo Cameterium num. 5.*

Immò posset forsan dubitari magis de eo, qui occidit aliquem cum dicto moderamine, an nempè illud adfuerit, quàm de fatuo, de quo absolutè nullum potest oriri dubium, an iniuriosè, maloue animo id fecerit.

Videbis etiam per me allegandos doctores, qui cum alijs allegatis, doctè, ac subtiliter hanc praxim sustinent; dum ad sanguinis effusionem sermonem meum dirigo.

Et nempè quòd non semper dici potest polluta Ecclesia per sanguinis effusionem, nisi iniuriosè hoc fiat, & in magna quantitate effundatur, vt dixi.

Nam si de naso exiret sanguis, cum sit organum corporis.

Vel si menstrua fœminæ, seu fluxus sanguinis, quē multæ patiuntur, in Ecclesiam deciderent, vt in aliquibus solet accidere, quæ sanguine abundant, vel quia ex improuiso menstrua gurgugitent, & veniant, dum fœmina diuinis interest.

Vel si effusio sanguinis fiat à Chirurgo curante vulnus, vel Tonsore effundente sanguinem ob febrem.

Vel si à magistro, & superiore propter correctionē.

Vel quando effusio est leuis, quando scilicet Acoliti, & Ministri inter se iocantur.

Nam tunc non polluitur Ecclesia; & valdè arbitrio Iudicis in dubio est in hoc deferendum.

Vide *Vener. dicto cap. 36. n. 5. & Fagundez. d. cap. 4. sub. num. 18.*

Prout non est opus, vt Ecclesia tanquam polluta, reconcilietur, si quis extra Ecclesiam vulneretur, & postea Ecclesiam ipsam ingrediatur, & ibi sanguis effundatur, *Vener. d. num. 4. Fagundez. d. cap. 4. num. 16.*

Etiam si talis supra rectum Ecclesiæ fuisset vulneratus, *Vener. qui supra ex Glos. in c. vnico de consec. Eccles. vel Alt. lib. 6.*

Idem etiam, si quis in Ecclesia existens, telo, seù sclopeto aliquem extra Ecclesiam interficiat, vel percutiat, & talis nondum mortuus intret Ecclesiam eius inimicum persequens, & ibi sanguinem effundat, nam non polluitur Ecclesia, *Fagundez. d. cap. 4. sub num. 17. Vener. d. num. 14.*

Prout si quis extra Ecclesiam vulneratus fuisset, & in illa sanguinem effudisset, non esset Ecclesia reconcilianda *Fagundez. in 5. prac. Eccles. d. cap. 4. num. 16.* cessat enim (ex ijsdem) irriuerentia, & iniuria.

Non tamen admitterem casum è contra, nempè, si vulnus in Ecclesia ab inimico inferatur, & vulneratus languinem in aliquo vase recipiat, ne sanguis in terram decideret; nam tunc, hoc non obstante, Ecclesia tanquam polluta esset reconcilianda, *Fagund. d. num. 16. & Leon. loco citato.*

Vel etiam non est reconcilianda Ecclesia ob homicidium, si illud esset occultum, quia ad hoc, vt Ecclesia polluatur requiritur, quod in ipsa Ecclesia fiat percussio, & notescat, fiatq. ibi sanguinis effusio; aliàs Ecclesia pollueretur intentione, & solo ànimo aliquem occidendi, quod est falsum *c. vnico de consecrat. Eccles. vel alt. in 6.* Notoriè autem, quando dicatur polluta Ecclesia, vide *Megal. tom. 1. promp. Theol. in verbo Ecclesia sub num. 23. vers. pollutio etiam.*

Nec polluitur, si quis casualiter moriatur, vt si subitaneè, ictuq. lapidis in ædificio, vel trabis, vel cadat de scala, seu ponte ad fabricandum destinato, *Vener. d. cap. 36. num. 4.*

Non sic autem, si quis seipsum interficiat, aut Iudex reum ad mortem puniat in Ecclesia, nam cum sit vtraq. actio Ecclesiæ iniuriosa; vtiq. Ecclesia pollueretur, *Cardin. de lugo d. disp. 20. nu. 54. in fi.*

Vltra prædictos casus, polluitur etiam Ecclesia si semen humanum in ipsa effundatur *c. vnico, & ibi Glos. in verbo humanum de consecr. Eccl. vel alt. in 6. Cardin. de lugo d. disp. 20. num. 55. Megal. in dicto*

verbo Cæmeterium num. 5. *Fagundez. d. cap.* 4. *num.* 19. *& 24. Leon. loco citato num. 6. Vener. d. cap.* 36. *nu.* 3. etiã si vir eius vxorẽ carnaliter cognoscat, etto, quod sit res licita in se, nam ex loco, honesta etiam solent aliquando fieri illicita, & inhonesta, *Leon. loco citato. Fagund. d. cap.* 4. *num.* 20. Nisi tamen vir, & vxor essent in Ecclesia inclusi per mensem, quod dicitur tempus longum, & sufficiens, vt euitetur reconciliatio, *ibidem num.* 21. Hinc oritur dubium, quod si per feminis humani effusionem polluatur Ecclesia, cur temporis lapsus non breuis faciet Ecclesiam non pollui? an forsan, vt coniuges euitent incontinentiam, & peccatum? neue impediatur debitum coniugale per tantum tempus? vel quia lex aliàs contineret malum, nempè causam peccati, & ne quis iure suo ex matrimonij contractu vteretur?

Respondetur, quod breue tẽpus non est in cõsideratione, ideò nulla fit iniuria viro, aut vxori, secus autẽ, si clausi in Ecclesia, ibi per longũ tempus morarẽtur; nam tunc videretur concessa iisdem facultas petendi, & reddendi debitum, absq. periculo pollutionis Ecclesiæ.

Non tamen dici posset Ecclesia polluta, si quis somno oppressus, haberet pollutionem, nisi tamen causam aliquam dedisset; immò, nec si vigilans illam haberet contra suam voluntatem, *Vener. loco citato nu.* 7. *& Megal. d. verbo Cæmeterium nu.* 5. Nec si semen aliquorum animalium effunderetur, quia cessaret culpa voluntaria, *Vener. ibid. num.* 8.

Præterea Ecclesia polluitur, si excommunicatus in ipsa sepeliatur *c. consuluisti, & ibi Abb. de consecrat. Eccl. vel Alt. Cardin. de lugo dicta disp.* 20. *num.* 56. *Vener. dicto cap.* 36. *num.* 3. *Leon. loco cit.* qui dicit hoc intelligi de excommunicatis impœnitentibus; secus de excommunicato, qui morte præuentus, non potuit absolui, vel si excommunicatus non esset notorius, nam tunc non esset Ecclesia reconcilianda, ibidem sentit *Vener. loco citato num.* 9.

Idem etiam dicendum venit, si in Ecclesia sepeliantur infidelium cadauera, hoc est Paganorum non Baptizatorum, *Card. de lugo dicta disp.* 20. *num.* 57. & tunc in reconciliatione debet præcedere ipsorum corporum euulsio, & parietum dealbatio, *c. Ecclesiã, in qua mortuorum, de consecr. dist.* 1. *Cardin. de lugo d. disp.* 20. *num.* 57. *Megal. qui supra in verbo Ecclesia nu.* 19. *vers. sed aduerte. Vener. dict. cap.* 36. *num.* 3. *Leon, citato loco.*

Inter infideles autem non comprehenduntur Heretici, quia licet non habeant veram fidem, illam tamen professi sunt in Baptismo, *Card. de lugo dict. disp.* 20. *num.* 57.

Nec minus includitur Cathecumenus, quia Baptismus flaminis vicem habet Baptismi aquæ, *Vener. loco citato num.* 10.

Nonq. comprehenditur filius ante Baptismum mortuus, si tamen cum matre sepeliatur in Ecclesia, aliàs secus *Card. de lugo d. disp.* 20. *num.* 57. *Vener. loco citato num.* 10. *Megal. qui supra in dicto verbo Ecclesia num.* 19. *in fi.* Non enim dicitur ille tunc infidelis, sed filius fidelis *Vener. ibi eodem num.* 10. & sicuti viuente matre cum fœtu admittebatur in Ecclesia, ita mortua, ibidem, & *Cardin. de lugo dicta disp.* 20, *num.* 57.

Tene menti, ò lector, in genere loquendo, quòd vt Ecclesia polluta dicatur, requiruntur, quòd dicta effusio sanguinis non sit occulta, sed publica, iniuriosa, & voluntaria, non autem ioco, aut ex correctione, vel ob necessariam defensionem; non autem si à puero, ebrio, aut insano facta, nam non diceretur Ecclesia polluta, *Sot. in* 4. *sent. dist.* 13. *q.* 2. *art.* 3. *& Victor in Sum. quos sequitur Ricci prax. Epis. p.* 1. *resol.* 479. prout respectu feminis effusionis requiritur, quòd sit voluntaria, & notoria, vndè nocturnę pollutiones, & quæ ex impetu naturali accidunt, ibidem ex Riccio.

Vltimo loco dico, Ecclesiam esse pollutam, si per Episcopum publicè excommunicatum consecretur, aut benedicatur, ea ratione, quia si corpus excommunicati mortui execratur Ecclesiam, vel Cæmeterium, multo fortius, vbi ipsa consecratio transit per manus, & os excommunicati, *Card. de lugo. d. disp.* 20. *num.* 57. *in fi. Megal. in d. verbo Cæmeterium num.* 5. *Leon. loco citato. Vener. d. cap.* 36. *num.* 3.

3 Polluta † autem Ecclesia, an sit pollutum Cæmeterium, etiam ipsi contiguum; omnes tenent affirmatiuam; non è contra, quia Cæmeterium, cum sit minus dignum, traheret ad se maius dignum, & accessorium non sequeretur suum principale; immò principale suum accessorium sequeretur, & illi subijceretur, quod est absurdissimum, vt sentiunt, *Fagundez. d. cap.* 4. *sub num.* 17. *Megal. tom.* 1. *dicto verbo Cæmeterium num.* 3. *&* 4. *Vener. d. cap.* 36. *num.* 11. *Leon. loco cit. num.* 7.

Polluitur benè Cæmeterium, si Ecclesia ibi contigua polluatur, latè *Megal. d. tom.* 1. *in verbo Cæmeterium num.* 5.

4 Idem dicimus † de dormitorio, in quo si quis copulam carnalem, etiam per accessum sodomiticum habuerit, & seu in claustro, vel cellis Monasterij, non per hoc dicetur violata, aut polluta Ecclesia, etiam quod in ipso dormitorio sit altare, siue oratorium, in quo diuina celebrentur, *Carolus Maranta Contr. tur. p.* 2. *resp.* 36. *num.* 35. *& seq.*

5 Insuper dubitatur, an † Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta, peccet mortaliter, & affirmatiuè sentit, *Vener. loco cit. num.* 12. & grauiter peccare, ait *Cardin. de Lugo d. disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 52.

Sed quid si Sacerdos, in actu pollutionis Ecclesiæ, cæpit missã dicere? tu dic, quòd si Sacerdos celebrãs peruenerit ad canonem, tenetur, & debet eam finire, propter reuerentiam tanti misterij; si autem ad Canonem non peruenerit, tenetur eam relinquere, & alio in loco eam incipere, *Vener. qui supra nu.* 13.

6 Præterea licet Solus † Episcopus Ecclesiam pollutam reconciliet ex auct. allegatis, & sentiunt, *Megal. d. verbo Ecclesia sub num.* 21. *vers. & conuenienter, ex c. aqua de consecr. Eccles. vel Alt. Sbroz. de Vicar. Episc. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 7. *Barbos. collect. decis. Apost.* 281. *num.* 17.

Quod limitandum est in Superioribus Regulariũ, qui hanc facultatem habent ex concessionibus particularibus à Papa, proprias Ecclesias reconciliandi, *ex Riccio allegãdo decis.* 190. *p.* 3. *Cõfes. priuil. fratr. Mẽd. Lezan. sum. quæst. tom.* 3. *verbo Ecclesia num.* 15.

Sed hæc propositio non habet locum in Ecclesia solum

solum benedicta, non autem consecrata; nam si Ecclesia non est consecrata, potest Sacerdos simplex, aqua per Episcopum exorcizata lauare pro reconciliatione illius Ecclesiæ benedictæ; secus si Ecclesia est consecrata, nam tunc maior solemnitas requiritur in eius reconciliatione, & maior demonstratio fit; vt ex rituali ad id destinato; *Leo qui supra loco mentionato num. 9. & 10. Megal. dicto verbo Ecclesia num. 22.*

Idem dicitur de Cœmeterijs non annexis Ecclesijs, cum ista non consecrentur, sed benedicantur; secus in Cœmeterijs vnitis, & annexis Ecclesijs consecratis, nam cum ista ab Episcopis cum ipsis Ecclesijs consecrentur, ita reconciliantur à solo Episcopo, vt dictũ fuit; *ex alleg. auct.*

7 Non potest Episcopus † delegare alicui hanc reconciliationem, nisi ex Papæ priuilegio Episcopo specialiter concesso. *Leon. qui supra num. 10. in fi. Ad præd. Ricci d. resol. 479. num. 2. Lezan. supra allegatus*, qui ponit diffusè materiam istius Ecclesiæ violationis *num. 11. cum seqq.* quàm etiam plenè tractant circa omnia, quæ dixi, & possunt in medium afferri super hac materia, *Azor. in suis inst. moral. p. 2. lib. 9. cap. 5. fol. 618. Ricci in prax. multis in locis vltra alleg. locum Summa Syluestr. verbo consecrat. 2. q. 4. & 5. Barbos. de pot. Episc. alleg. 28. Suarez. super sect. 4. Sot. in 4. disp. 13. q. 2. & 3. Nauar. in Manuali. Layman. Homobon. resp. vol. 1. Pinellus de Missa valore*, & alij, quos allegare longum esset, & laboriosum.

8 Tandem dubitatur; an † Episcopus teneatur gratis accedere, & proprijs sumptibus ad Ecclesiam pollutam reconciliandam?

Seruandus est (pro dubij resolutione) ordo iste, nempè; quod prius soluat, si potest ille, qui Ecclesiã violauit, nam expensa adscribitur delinquenti, non ei, qui nil mali egit, alias quis ex aliena culpa damnificaretur, quod esset iniquum; Et seruatur in omnibus tribunalibus, quod delinquentes, qui sunt soluendo, coguntur ad omnes expensas, quæ fiunt à Iudice, & Curia pro delicto; vt dixi in meis *oper. crimin.* & etiam in *decis. milit.* Parmensis Status. Et si expensę fierẽt ab alijs, nempè communitatibus, & Parochianis, seu à Parochis, commodum reportaret delinquens ex suo delicto, sicq. ansa daretur delinquendi; quod est à veritate, & ęquitate alienum.

Tenetur ergo ille, qui dedit causam pollutioni Ecclesiæ primo loco, si est soluendo, sin minus tenetur Curatus, si tamen habeat modum soluendi, & commodè ab eo fieri possit; sin minus, Parocho paupere existente, tenentur Parochiani subministrare expensas, qui tunc commodum maximum reportant ex dicta reconciliatione, ex celebratione Missarum, & Sacramentorum ministratione in Ecclesia Parochiali.

Vltimo loco, & iustè tenetur Episcopus gratis, & suis expensis accedere ad Ecclesiam pollutam recõciliandam. Vide *d. Leonem supra allegatum num. 18.* qui dicit non comprehendi Regularium Ecclesias, nã ipsi tunc tenentur, *Ad præd. Ricci Arch. Neap. decis. 190. p. 3.* qui dicit Regulares habere à Papa facultatem reconciliandi suas Ecclesias pollutas, *num. 3. vt supra etiam probaui.*

Affert tamen dictus Leonius in medium pietatis exemplum cuiusdam Episcopi, qui gratis regularium ordinis Prædicatorum Ecclesiam pollutam reconciliauit;

Habebam prę manibus multos alios doctores videndos, de quibus supra mentionem feci, diffusè hãc tractantes materiam; Vndè proposueram longius ire, & omnes dilucidare quæstiones circa hanc praxim reconciliationis Ecclesiarum, etiam peregrinas, & eas forsan, quæ ita apud omnes passim discussæ non reperiuntur.

9 At quia audiui † Excellentissimum I. V. & S. Theologiæ Doctorem Præstantissimum D. Petrum Franciscum Passerinũ edere ad publicam vtilitatẽ librũ inscribẽdũ *De Pollutione, et Reconciliatione Eccles.*

Ideò pudor me prohibet, vlterius hunc continuare discursum, de Ecclesiæ reconciliatione; et timidus nõ audeo hæc scripta prosequi.

Lector, huius doctissimi viri scriptis nil est doctius, candidius, politiusq.

Hæc te secum rapient, festiua enim sunt, & gratissima; & quidem memoriam tanti viri deberem perpetuam his meis caracteribus posteritati relinquere; at nulla fortuna, nec eruditio huiusmodi mea est, vt mihi putem de eo scribere;

Expecta, lector, opus tanto viro dignum, & in dies ardens desiderium te teneat illud videndi, & legendi; nam tunc tibi notum erit, meum eruditissimum Passerinum in orbe, non somno, aut otio, sed omniũ vtilitati, & beneficio natum fuisse. Opera eiusdem impressa hoc manifestant, & publicant; ideò ad ea recurre, quæ non stant, aut muta sunt, vt faciunt marmoreæ pyramides, quæ erigi solent in publico, vt merita, & virtutes denotent eius, cui dicantur; vt alij ciues inuitentur ad gloriã adipiscendam, ad laboresq. & vigilias sint faciles; sed hæc tanti viri scripta se dilatantia per vniuersum orbem, linguam auream habent, & loquuntur, inuitantq. omnes ad studia, vt ijs fruantur honoribus, & laureis, quibus fulget, & est decoratus nobilis iste Doctor.

Conclusio.

Cap. XIIJ

EX his quæ superius diximus clarè igitur, & apertè
1 constat aquas multũ † laudabiles esse, vtiles necessarias, & miraculosas, et Deũ per eas multa fecisse multaq. ordinasse pro salute, tàm spirituali, quàm tẽporali.

2 O aquæ, per † quas, terra infirmata purgatur.

3 Æquo, & † pari passu cum pane ambulant, cum Salomon dicat, initium vitæ, panis, & aqua.

4 Aqua † extinguit sitim, *Lodulph. de Saxon. de vita Christi p. 1. cap. 21. de Baptismo Dom. fol. 74. lit. D.*

5 Aqua in † sanguinẽ fuit cõuersa contra Ægyptios in pœnam eorum delicti, & culpæ.

6 Deus † liberando Hebręos, facit per medium aquę pede sicco transire.

7 Aqua † nauigabilem facit orbem; indè oriuntur commer-

commercia, & vtiles mercaturæ, ac negotiationes.

8 Aquæ † extinguunt ignem comburentem domos, & substantias viuentium.

9 Primum Christi † miraculum fuit, aquam in vinũ transmutare.

10 Aquæ † in altum ascendunt, & condensatæ, in nubes conuersæ pluunt, vndè recreant, producunt, & pullulant, omnia ex pluuia crescunt, prata rident, & campestria virescunt,

11 Aquæ † potu animalia sustentantur, & ad vitam reuocantur, cum sine ipsa essent mortua, nec viuere possent.

12 Post † incarnationem vnigenitus Dei filius aquas sanctificauit.

13 Propè aquas † vocauit Iesus Andream, & Fratrem, Iacobum, & Ioannem.

14 In † aquis Christus Saluos fecit Apostolos ferè submersos.

15 Lauit † Apostolorum pedes, ostendens suæ maximæ humilitatis exemplum, vt sicut ille fecit, & nos faciamus.

16 Samaritana † ad Christum reuertitur, ad puteum aquæ conuersa.

17 Regenerat † hominem cum aqua, & omnino mundat, & de hoc docet Nicodemum.

18 Pro cæco † illuminando Christus benedictus vsus est aqua.

19 In † morte tandem stillat aquam viuam de latere, & Resuscitatus se ad aquas facit videre.

O aqua, ò aqua tàm nobis vtilis, tàm amica, & be-
20 nefactrix; incensos ista † focillat, sitim explet, satiat, & defatigatos consolatur.

Aqua quasi antemurale cum tot maribus, fluminibus, fontibus, & lacubus terram restringit, immò tuetur, eiusdemq. temperando siccitatem pluit, fluit, & inundat, immò in terram conuertitur, dissoluendo se ex immenso amoris ardore, & quodamodo vidés aqua terram aridam, & exsiccatam eiusdé commiserendo, placidam pluuiam transmittit, quasi
21 quod lacrymis conficiatur, terraque † ipsa aquam vt lac exugit, à quo plantæ alimoniam recipientes, partus saporitos pariunt, nẽpè fructus, quibus fruuntur toto anno mortales.

In regionibus, in quibus vinum non reperitur, aquæ ibi manent in maxima abundantia, sitim explentes, vt in Moscouia;

22 Mostouitæ † enim aquam bibũt, cum vinò careãt, & hoc procedit ob ardens frigus, vt dicit *Io. Boemus Aubanus Teutonicus circa mores omn. gen. de Europa*
23 *lib. 3. cap. 8.* † de auena, & melle aquam ardentem, siue sublimatam faciunt, & lacte etiam, adeo forte, vt sæpius ab eo inebrientur.

24 Quòd regulariter † aqua inebriet, est apud nos nouum, de gratia Dei non dubito, nam ita ipsa inebriat,
25 † quod qui eam bibit, non amplius terrena distin-
26 guit, & obliuiscitur Secularium † bibite, & inebriamini carissimi.

Ebrius est, qui de aquis fontis vitæ bibit, cum dicatur, visitasti terram, & inebriasti eam, & iterum, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos, quoniam apud te est fons vitę, *Pined. in Iob. cap. 34. vers. 7. sub num. 4.*

Sunt aliæ aquæ, quæ inebriant, loquendo dè mun-
27 danis, vt † de flumine lincesto, de quo Seneca dicit, haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset, *Colom. tom. 2. cont. Fer. 2. Dom. Pass. fol. 655.*

28 Isti † Moscouite dicuntur pauperes, de quibus illud
29 scriptum loqui videtur, nempè aquam bibens nil boni parias, quasi quòd isti ob eorum paupertatem ni-
30 hil præclarum, † aut posteritate dignum, aut venustũ faciant, si biberint aquam, hoc est, si pauperes fuerint *Manuc. adag. fol. mihi 901.* Hinc Oratius vino tri-
31 buit eloquentiam, & aliàs solet dici, quòd † vinum
32 lætificat cor hominis, & milites vidi, qui ebrij † exercebant omni diligentia, & valore eorum officium tàm de die, quam de nocte, melius, quàm si essent ieiuni.

Legistæ, & medici per aquam multum lucrantur,
33 cum dicatur † legem, & iurisprudentiam, bonã esse aquam, sed meliorem quidem aquam esse medicinã,
34 † quia magis lucrantur medici, quàm legistæ; dat Galenus opes, dat Iustinianus honores; quemadmodum Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam
35 † quidem fatetur esse optimam, sed aurum præfert, & in *adag. manuc. fol. mihi 1700.* optima quidem aqua videtur in prouerbium abijsse, quoties rei vehementer laudatæ, præfertur aliquid melius.

36 Iudex, qui † donum olei à clientulo receperat, interrogatus ab ipso, cur sententiam protulisset contrariam? respondit quemdam suem ab altera parte
37 sibi donatum vas olei effudisse; quasi diceret, sus †, optima quidem aqua, non quia oleum non esset bonum, sed quia hoc animal pingue oleo melius erat, & pluris valebat.

Mors est aqua iustis optima; Hinc in *Eccles. 7.*
38 dicitur, melior † est Dies mortis Die natiuitatis, nam
39 homo nascitur † ad laborem (*Iob.*) & auis ad volatum, vndè Christus D. N. in morte illius iuuenis Ciuitatis Naim, dixit eiusdem defuncti Matri, noli flere, dormit filius tuus, non est mortuus, quasi quòd so-
40 mnum dulce caperet; Hinc malis, ex hac vita reces-
41 sus, est mors, & vita bonis; vndè Sanctorum † Passiones celebramus non natiuitates, cum solum Beatissimæ Virginis Mariæ, & Io. Baptistæ Præcursoris natiuitates celebramus, quia sine peccato nati sunt; ideò *August. Serm. de Sancto Cypriano*, dicit ad propositum, illo namque Die (idest natiuitatis) peccatum originale contrahit, hodiè (nempè martirij,
42 & mortis) peccatum omne finiuit, mundani † solum natiuitatum eorum festa celebrant, vt Pharao, Herodes, Persiani, Gentiles, &c. vndè optimè in *Eccles.*
43 4. laudaui † magis mortuos, quàm viuentes.

44 Damnatus, se † fine esse, & annihilatum videt, cum malè vixerit, melius esset quòd natus non fuisset,
45 vndè *Hieronymus* † melius est non esse, quàm male
46 viuere, & Regina † mater Ludouici Regis dicebat filio suo, quòd potius mortuum, quàm in peccato mortali, libenter eum videret.

Non est vera vita, nisi vbi feliciter viuitur; infelix
47 † est peccator; ergo viuere non dicitur, sed in continua est morte, & quid est istud viuere, nisi diu tor-
48 queri? Beate † viuere est, verum intelligere, consultare bene, velle bonum, agere bona. Primum sapientiæ est, secundum prudentiæ, tertium iustitiæ, quar-

quartum perseuerantiæ.

49 Iniquè † peccatores vitam ducunt, mala malis addendo, quia credunt se perpetuò viuere, nam vt dicit *Aug.* ignorant spacia viuendi, & longiorem sibi vitam repromittunt, & *Gregor.* idcircò multa nequiter agunt, quia se hic viuere diutius arbitrantur.

Tandem de aquis hoc dicere sufficiat, ipsas nempè esse inuincibiles, & insuperabiles, non vis hostium impedire potest aquæ impetum, non muri, nec fortalitia, dicant, hi qui tempore diluuij vniuersalis suffocati remanserunt.

Terra, nisi Deus ipsas aquas in vnum congregasset locum, hodiè tota esset cooperta aquis, & eius Imperio totus subijceretur orbis.

50 Posuit ideò omnipotens ex *Chrysost. 13. Gen.* aquas in humiliori loco omnium elementorum; cum maximè sint frigidæ, & humidæ; licet dictum Dauidis Prophetæ det modum elaborandi in hac quæstione, dum dicat; ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam, vide *Colomb. cont. Dom. 11. post Pent. vol. 1. fol. mihi* 488.

Væ nobis, si Deus aquas poneret in libertate, vt fecit diluuij tempore; ob peccata nostra; si flumen solum innundat integra territoria, & ipsas Ciuitates licet fortissimas; quid si omnes aquæ diffunderentur

51 per vniuersam terram, quæ † est quantitate maior aqua, vt dicit *Nazar.* contra Molinam, *Comment. in primam sum. d. Thomæ tom. 1. q. 50. art. 3. fol. mihi 31. lit. C. vers. vol. versusque verum*, & omnes Cosmographi probant certissimis demonstrationibus, & experimentis.

Cogitet vnusquisq. qualem aqua vindictam sumeret contra nos;

52 O Christiane † habes aquas paratas, si vis bibere, sed quia tu has fugis, & illas diaboli amaras bibis, veniet tempus, quòd sitim non poteris estinguere.

53 Aegyptij † in Moysen, & Aron irruentes, & seditiones facientes, conquerebantur, volentes reuerti in Aegyptum, vbi est (dicebant) hæc terra promissionis, & quietis?

Viderunt isti primò miracula, & signa Dei nempè plagas Israel.

1. Diuisionem maris rubri.
2. Flumen Marath amarum dulcescere.
3. Amalech fugatum.
4. Sitientes in Rapidim refocillatos.
5. Exire aquam de petra.
6. Pluere manna de cælo,
7. Et coturnices in magna quantitate.
8. Siccam florere virgam Aron.
9. Deum ipsis tot prodigijs leges statuere.

Attamen ingrati, & beneficiorum, immemores, ita pleni, & accensi insurgunt contra Moysem, & Aron; vos conduxistis nos, vt in hoc deserto vitam cum morte, ob sitim, cōmutaremus, nos habebamus Aegyptum, vbi erant carnes, & abundè omnia nobis necessaria. O gens peruersa cōtra quam clamauit Moyses, *ab illo die* (*Deut. 31.*) *quo egressa est de Aegypto semper contentiosè egisti contra Dominum*, Cur conquerebantur ingredientes mare: si postea transierunt sicco pede?

Cur de amaritudine fluminis, si dulces factæ postea fuere aquæ?

Cur rebelles, si pluerunt coturnices?

Cur murmurabant, cum aquas non habebant, sicque irruere in Moysen, qui eos vti filios amabat.

Lassitudine oppressi, cur conqueruntur, si, missis hominibus ad explorandum, sciunt terram promissionis esse vicinam? audientesque illam habitari à Cananeis; & à Pherezeis, & Hetheis adhuc conqueruntur; quòd nēpè Moyses eos cōducat ad terrā, vbi militando erunt astricti inquietè viuere, & pugnare.

Consolati, & ab inquietudine, & dolore vendicati, Leuitæ fecerunt seditionem contra Moysem, & Aron, quæ fuit octaua, & fuit terminata cum igne cælesti, qui arsit tot milliaria ex ipsis.

Sed non adhuc quieti, pro nona vice, orta est seditio in populo propter aquas, vndè dixit Deus, cerno, quòd populus iste duræ ceruicis sit; dimitte me, vt irascatur furor meus, & deleam eos; At Moyses, & Aron in Dei tabernaculo, supplicationes humiles porrexerunt pro populo; vnde Deus iussit, quod, accepta virga petram percuterent, & dabit aquas; tunc autem percussa petra, fluxerunt aquæ viuæ, quæ accipiuntur pro Dei gratia, & scaturiunt a Christi petra. *Bibebant* (*Paul. Cor. 10.*) *autem de spirituali cōsequente eos petra, petra autem erat Christus*, ad hanc igitur loquamur petram, & illa dabit nobis aquas.

Virga Aron pro Christo accipitur, nam erat arida, & tamen floruit, ita Christus mortuus resurrexit.

Vtinam nos nō essemus, vt Aegyptij, qui videntes miracula, non crediderunt; vt ita peruenire possimus ad terram nobis promissam, nempè cælum.

Legem habemus Euangelicam, nouam, non veterem, idest frigidam, obscuram, & impotabilem; sed claram, & potabilem.

54 Scriptura .n. veteris † testamenti est coagulata, & frigida, vt nix: Sparsa, & obscura, vt nebula, & indurata, vt glacies; est ideo impotabilis.

Misit Deus verbum suum Christum Iesum, qui liquefecit nobis niuem, & nebulam, & glaciem scripturæ veteris testamenti, remouendo per euangelium frigiditatem, tenebras, & duritiem ab ea, aperiendo sensum scripturarum, misitque Spiritum Sanctum super eos, eiusque incendio, & flamma legis duritiem liquefecit, & suo lumine fugauit obscuritatem. *Iac. de Valent. ad psal. Dauid.* 147.

Ecce euangelium, qui aquam veteris testamenti fecit potabilem, & intelligibilem, Ecce aqua euangelica, quæ nil aliud est, nisi aqua fluens, & liquefacta ex illa nebula, glacie, ac niue, *vt ibi idem valent.* Optimè declarans illud dictum sacrum Dauid, qui dat niuem sicut lanam, &c. cum tribus vers. seqq.

Hoc euangelium docet pœnitentiam, quam nos

55 peccatores † debemus bibere, est enim eorum potio, Petr. Chrysolog. ibi *Erat penes Ioannem* (ait serm. 137. nu. 5.) *venia, sed non sine pænitentia: erat remissio, sed luctibus comparata: erat cura vulneris cum dolore: erat baptisma, quod culpam tolleret, conscientiam non deleret.*

Venit Christus ad Iordanem, & intrauit Alueum mundi; ex eodem serm. 160. nu. 6. *peccatum lauaturus*;

rus; ad quod eum venisse testatur Ioannes; ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi.

Et dictę pœnitentię socia sit eleemosyna, memores, quod si Deus miseretur nostri, & nos misereri debemus proximi nostri, semperque habeamus ante oculos illud euangelij, nempè:

56 Diuiti † Epuloni petijt Lazarus vinum, cur aquam diues petens à Lazaro non exauditur? & tamen ipsa aqua est communis omnibus animantibus.

Petrus *Chrysolog.* mirificè ita respondet *ferm. 122. num. 16.* Puto, diues, quòd & aquam pauperi tu negasti, cui ne ingrederetur ianuam tuam, ne ad tuum puteum perueniret, canes quamplurimos obiecisti. Quid est autem, quod dicis? mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua.

Poterat diues aquam habere, cum dixerit, non mittat, sed intingat; ergo aqua erat iuxta ipsũ. Cur, ait *Chrysolog.* de proximo non sumit? quia vinctæ sunt manus tuæ meritò, diues, quia solutis debilitate Lazari manibus subuenire tempsisti.

O' aqua, ò aqua Iesu Christi salutifera laua in me, quod sordidum est; asperges, asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super

57 niuem dealbabor; non † aquis mundanis, bone Iesu, quæ sitim non extinguunt, immo excitant, nec lauant, sed aquis quinque fontium dulcissimarum plagarum tuarum.

In Caluariũ, eamus, dicit *Mazar. disc. 59. Dauid. caduto*, ad pedes Christi, vbi Magdalena peccatrix meruit totalem culparum habere remissionem. Eamus principaliter ad Mariæ lacrymas, & dicamus asperges me &c. abundat aquis Caluarius in Passione Domini N. I. Christi dum currunt isti fontes,

58 quæso non simus indiligentes; In † morte, filij carissimi, & in transitu animæ nostræ ad Deum, quomodo poterimus ad Caluarium peruenire, si dum viximus semper contrarium iter tenuimus, non poterimus ita festinanter reuerti, & Caluarij montem inuenire, euntes per vias nobis non notas, idest per angustias, & tribulationes, & bonas operationes, clamabimus, & non inueniemus hominem, qui nobis det potum aquæ frigidæ; non mirum, quia dereliquerunt me fontẽ aquæ viuæ, ideo nõ celebrabit glorias Redemptoris, nec in die Resurrectionis, gaudij, & lętitiæ recitabunt versiculum *Ezech. 47.* Vidi aquam egredientem de templo à latere dextero, alleluia,

59 sed quod peius est, non † resurgent isti impij in iudicio, tenebunt capita submissa, & humiliata peccatores, & tanquã socij inseparabiles culpæ mortiferę, nõ erunt capaces illius resurrectionis, et cõiunctionis animarũ, et corporũ in gloria, & vita ęterna, immo perpetuo remanebunt serui, & filij luciferi, & mortui illa æterna morte quoad animam, quia nunquam resurgent, viuẽt tamen continuò quoad pœnam, & nunquam morientur, nec eorum corpora post resurrectionem viuorum, & mortuorum, per fulminatam mortis sententiam extinguentur, sed semper, semper cruciabuntur. O peccator statum tuum corde considera, væ tibi, væ misero, nam cras morieris; & quid erit de anima tua? interroga temetipsum; Quam si perdes, in æternum eam non recuperabis.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM,
Quæ in hoc tractatu de Aquis continentur.

B.

Ba-

Ci-

D.

G.

Gra-

L.

Lo-

M.

Mons

Pa-

Q.

R.

Stul-

LAVS DEO. 342.